Marsilius ficinus de Religione
Rerhardi parisi de sententia doctorum
palephati opus fabule
Eneas Silvius de vita [illegible]
Historia [illegible] [illegible]
Epistola Clementis pape V ad Carolum [illegible]
vatinum [illegible] de Carolo 5
Epistola philippi Calimachi
alia Epistola eiusdem

1365 Martii 12 . Universitatis Viennensium.

Thot
5457

RICHARDI
PACEI, INVICTISSIMI REGIS ANGLIAE PRIMARII SECRE TARII, EIUSQUE APUD ELVETIOS ORA TORIS,

DE FRUCTU
QUI EX DOCTRI/ NA PERCIPITUR, LIBER.

IN INCLYTA BASILEA.

PAVLVS BOMBASIVS BONONIENSIS AD LECTOREM.

QVID MIHI DEBEAS CANDIDE LEctor, tunc plane intelliges, cũ opusculũ hoc uel ipsis Musis dignũ perlegeris, meo potissimum suasu & impulsu editum. quomodo autem res processerit, uolo tibi cõmemorare. Proximis diebus cum ex Turrego Eluetiorum pago, Constantiã profectus essem, nec antiquius quicq̃ habuissem quã RICHARDVM PACEVM, summa mihi necessitudine coniunctum cõuenire, forte fortuna hominẽ reperi literis inuolutum, qui simulac me respexit inopino gaudio quasi attonitus, est ne inquit, hic BOMBASIVS meus? Ipsissimus inq̃ ego. Sed (obsecro) nunquid ego te regis tui negocijs occupatũ interpellaui? Regis mei inquit ille, negociorũ plane Alcedonia nunc mihi sunt, ac ne nihil prorsus agam, totus in nugis nostris uersor, nec opportunius quicq̃ te esse potuit, in his præsertim locis, ubi nulla neq̃ librorũ copia, neq̃ doctorũ facultas adest, ac propterea te rogo ut operam mihi reddas, & sicut olim te Bononiæ profitentem sæpius audiui, ita me nunc inuicem Constantiæ ociantem audire nõ graueris, libero, (ut consueuisti) iudicio tuo utens. Et cum dicto disiectas hincinde chartas in unũ colligens, haud ita pridem

ita pridem inquit sub incude libellũ habeo, cui titulum esse uolui, Quis fructus ex disciplinis percipiat᷑. cuius summam cum diligenter enarrasset, loca plurima, ac fere omnia, quæ iam perfecta erant, mihi perlegit. quæ uero adhuc perficienda restabant, ita lucide exposuit, ut paulominus quã illa iam elaborata, oculis atq; animo subiecta uiderent᷑. Postea me interrogauit ecquid crederem opus dignum fore, non quod æderet᷑, (nam id plane se facturꝫ negabat,) sed quod studiosi quidã in Britãnia iuuenes, citra tẽporis iacturã legere possent. Ego cũ miram quandã, multiplicemq; operis eruditionem annotassem, stilo supra q̃ dici possit, elegantẽ, salibus urbanã, præceptis grauem, ipsaq; uarietate iucundam, nec studiosis tantũ iuuenib⁹, sed uiris etiã q̃libet doctissimis admodũ utilẽ futurã, per Musas inquã te rogo mi Pacee, ne tantũ ac tã multiplex bonũ cuiquã inuideas, sed publice omnib⁹ (uel meo periculo) edas. Opus, inquit ille, absolutum paulo mox quã Turregũ redieris, ad te mittam. Quod ubi diligentius examinaueris, tuũ erit, uel Basileã mittere, ut illic imprimat᷑, uel ad me (quod fortasse tutius erit) remittere, ut supprimatur. Quod amice ꝓmiserat, fideliter præstitit. paucis siquidẽ interiectis diebus, librũ extrema iam manu diligenter expolitũ ad me mittẽs, ministro suo qui eũ afferebat, pærcise mandat, ut quod ego iuberẽ, sine cũctatione faceret. Toto libro acrius ꝑpenso & curiosius ex

aminato, cum primo gustui omnia felicissime respōderent, ministrum ipsum iubeo recta Basileam ire & curare ut quā primū liber imprimatur. quod ne temere fecisse, ac remissius alieno (ut aiunt) corio lusisse uidear, ex hoc ipso libro ingenij ac iudicij mei æstimationem fieri ualde cupio. nec recuso, quin me literarum omnium penitus ignarum iudicent, qui hanc editionem summopere non probabunt. Sed iam Vale humanissime lector. aure sq; tuas uerbositate mea defessas, suauissimo Pacei eloquio refoue. Ex Turrego, tertio Calendas Octobris.

M. D. XVII.

PAVLI BOMBASII BONONIENSIS IN LAVDEM ANGLIAE EPIGRAMMA.

Sæuo Marte potens & mercibus Anglia diues
Quid tibi cum Musis improba? Momus ait.
Paceum plures q; ostentans Anglia doctos,
Immo inquit mecum quid (rogo) Mome tibi?
Si me auro uincentem omnes, belloq; superbam,
Eloquio haud superat Græcia nec Latium.

RICHARDVS PACEVS OMNIBVS OMNIVM SCIENTIARVM PROFESSORIBVS, S P D.

LIBRVM, o doctiſſimi uiri, nō adeo breuē, unius ſpatio mēſis ſcriptum mirabimini. Mirabimini & illud, tam præcipitanter fuiſſe æditum, & quod utroqꝫ eſt mirabilius, eo in loco compoſitum, ubi nec doctorū cōmercium, nec ulli fuerunt libri, hoc eſt, Conſtantiæ in publico hypocauſto, ubi nihil minus, q̃ de literis agitur. Tria æditionis infeliciſſimæ futuræ indicia audiſtis. Res iam poſtulat, ut noſtras quoqꝫ rationes intelligatis, quæ nos ad hoc opus, cum ſcribendum, tum ædendum impulerunt. Commorabar Conſtantiæ perplexus, & pendēs animi, abeundū ne cito, an diu manendum eſſet. Qua animi fluctuatione effectū eſt, ut neſcirem in qua potiſſimum re, me exercere deberem. Sed quum tempus in longum protraheretur, poſtpoſitis omnibus iſtiuſmodi abeundi, & permanēdi curis, cogitare cœpi apud me, nihil magis homini ſtudioſo cōuenire, q̃ ut omne ocium ſuum in literis conſumeret. Hic illico ſe offert incredibile illud incōmodum inopiæ librorum, & doctorum. Suadet tamē ratio, aliquid etiam ſine doctis, & libris tentandum eſſe, & experiendum quantum per ſe ualeret ingenium. Decernitur aliquid omnino ſcribendum eſſe. Deeſt materia. inuenitur hæc, de fructu, qui

ex doctrina percipitur. Arrisit hæc ut pulchra, & utilis. Datur principium rei. redeunt in memoriam uetera, & multis ante annis lecta, affluunt & noua, adeo ut nihil unq̃ uerius dictum fuisse iudicarem, q̃ ἀρχὴν ἥμισυ τοῦ παντός, id est, dimidium facti, qui bene cœpit, habet. Pergo ulterius, & peruenio ad illum locum, ubi tracto nullum laborē detrectandum esse, qui ad doctrinam consequendam adiuuet. Interea dū circa hoc uersarer, longe præter spem & expectationē meam, appulit ad ciuitatē casu quodam felicissimo, Paulus Bombasius, uir utriusq; linguæ doctissimus, & meus olim Bononiæ præceptor. Hunc cum uiderem, subijt mentē illud Aristophanicum, ἀγαθῶν σωρὸς εἰς τὴν οἰκίαν ἐπεισέπαικεν, id est, cumulus omnium simul bonorum in domum meam incidit. Hunc rogo, ut meas audiat nugas, & de erroribus moneat. Is ut est in his rebus humanissimus omnia ad uerbum perlegit, immo tam seria, q̃ iocos nostros, & facetias approbauit. Monet illum quem dixi de labore locum, ampliandū esse, quia res ita postularet, & plus eo quem audierat, salis aspergendum. In utroq;, consilio eius obtemperaui. Tum uero non ad adulationem, sed ex iudicio (quod in eo maximū est) ut aiebat, locutus, hortatus est ad ædendum. Nō puta ui doctissimo uiro hoc negandum, ne eius iudicio diffidere uiderer. Et hæc est una, & quidem præcipua tam præcipitatæ æditionis causa. Aliæ uero sunt hæ. Liber

Paulus Bombasius Bononien.

sum

ſum, natura quidem, ſed nõ uoluntate. Addixi eñ me inuictiſſimo meo Regi, ſapiẽtiſſimo famulor Cardinali Eboraceñ. patriæ etiam ſeruire omnem ſuperat libertatem. Itaq; quũ ex alieno pendeam arbitrio, nec hic ſit manendum, ſed abeundum, neſcio quo, aut qua, & longum ſimul & periculoſum iter conficiendum, malui, ſi ita contingeret, ut homo potius q̃ pecus mori, id eſt, aliqua mei poſteris memoria relicta, etiam ſi talis eſſet quæ a multis emendaretur. Nam ut omnia quæ ſcripſi, parũ erudita ſint, certe inſtitutũ omnibus probatũ ſit oportet. Primo, quod tẽpus nõ cõtriui, deinde quod iuuenes ad doctrinã, omniũ uirtutũ reginã, diligẽtiſſime ſum hortatus, poſtremo fructus ex doctrina collectos, in ſcopũ mihi propoſui, quẽ ſi non attigi (quod neſcio an fecerim) poterũt alij ſua in eundẽ deſtinare iacula, & a quo ego uincar, ei libẽtiſſime palmam dabo. Veſtrũ igitur erit, o Muſarum omnium cultores, & diſciplinarum ſtudioſi, noſtris fauere cœptis, nec noſtram aſpernari humanitatem, qui ueſtra omniũ nomina, ut olim clariſſima fuerunt, ita his quoq; temporibus maxime illuſtrare ſtuduimus. Q; ſi quis fortaſſe tantum iocorũ rei tam ſeriæ admixtum eſſe cauillabitur, neſcio quid huic nocebit pauliſper riſiſſe, imitanti non infacetum illum Athenienſem, qui profligato, & deleto in Sicilia (duce Nicia) Athenienſium exercitu, maxima celeritate Athenas ſe contulit, & omnia feliciſſime cecidiſſe nun-

ciauit, insignemq; ab hostibus reportatam esse uicto-riam. Hunc deosculati, & amplexi sunt omnes, indicta est in triduum lætitia publica. Quarta uero die, allatæ sunt literæ Ducis, cladem longe maximam acceptam esse. Vocatur ille in Senatum, arguitur mendacij, mille mortes, principes ei minantur. Quibus auditis, quid, inquit (malum) est hoc, o ciues mei? quid obfuit uobis, triduū, me autore, in sūma transegisse lætitia? Sed & huic malo θεραπεία, & medela fortasse erunt illa, quæ de præceptis, exhortatiōe ad doctrinā, & exercitationū generibus scripsimus. Valete igitur, & omnia boni cōsulite.

RICHARDVS PACEVS STVDIOSIS IVVENIBVS, S. P. D.

Cōtra prouerbiū Anglicū, quo dicitur doctiores nō esse sapientiores.

VVLGATVM EST APVD NOS PROuerbiū, o studiosi adolescētes, cui nec euentus ullus, nec ulla ratio (quod in plerisq; omnibus fit) sed hominum ignorantia, & fatuitas originē dedisse uidetur. Est enim multis in ore, doctiores uiros non esse sapientiores. Et quoniam hoc prouerbium alienissimū est a nostro instituto, qui aggressi sumus doctrinam omnibus alijs humanis bonis præferre, uel tentandum nobis est, ut istud prouerbiū ridiculum esse demonstretur, uel permittendum, ut periclitetur doctrina, priueturq; illa ui & potestate, quas nos in opusculo, quod huic subiungitur epistolæ, tanto pere extulimus. Quamobrem intueamur diligentius, & acutius

& acutius oportet, q̄d genus hominũ est, quos huius ꝓ
uerbij autores fatent̄, doctos q̄dẽ, sed nõ sapiẽtes. (Nã
ex hoc solo tota prouerbij huius dependet subuersio)
Qua in re eq̄dẽ illud obseruaui, modo astutiores istos
& callidiores, q̄bus nulla scientia notior est, q̄ꝫ impostu
ra, modo imperitũ uulgus illis solis huius ꝓuerbij notã
inurere, qui sacrarũ rerũ cõtemplationi apud nos totos
se dedũt, & omnib9 humanis uoluptatibus, & friuolis
oblectamẽtis spretis & cõtemptis, soli deo inhærent, &
malunt uerbũ dei populo prædicare, q̄ꝫ chartulis & ta-
xillis, modo astute, modo fraudulenter, diu noctuqꝫ lu-
dere. Hos inquã fatent̄ doctos, sed negãt sapientes, ac
si dicerẽt illũ desipere, q Christi præcepta sequit̄, eiusqꝫ
insistit uestigijs, illũ uero qui eiusdẽ nunq̄ꝫ est memor,
sed ꝑtinaciter damnatas & pestilentes persequit̄ artes,
esse sapiẽtissimũ. Ille euoluit chartas euãgelicas, & Pau
linas, dum tu lusorias & perniciosas. Ille studet, ut deũ
lucrifaciat, tu ut eundẽ una cũ facultatibus (quod sæpe
accidit) amittas. Ille neglecta hac misera & momenta-
nea uita, totis laborat uiribus, ut assequat̄ sempiternã,
& in cœtũ cælestis societatis ascitus ea ꝑfruatur, Tu oẽs
neruos intẽdis, ut exiguo tẽporis momẽto, in huius ui
tæ ergastulo te cõtineas, non ut bene & beate, sed ad li
bidinẽ instar beluarũ uiuas, & omni animi curæ, omni
sacræ Theologiæ, om̃ibus deniqꝫ diuinis religionis no
stræ præceptis, unam anteponis Epicureorũ sectam,

ſolo uoluptatis nomine titillatus. Quã ut aſſequaris, nullũ dolũ poſtponendũ, nullã fraudẽ omittendã, nullam rapinã negligendã cenſes. Et in hoc uno, quo maxime ſapere tu te exiſtimas, maxime inſanis. Neq; eñi tibi notũ eſt, quid ſit uel Epicurus, uel eius uoluptas, adeo ut ego, ſi dareť optio, mallẽ eſſe Diogenes, quã tũuis Cynicus, q̃ tui ſimilis Chriſtianus, niſi mores hos puerſos emẽdare uelis, & a recta doctrina ſapientiã ſeparare deſieris. Nã non nomẽ (mihi crede) Chriſtianũ facit, ſed res, id eſt, doctrinã Chriſti noſcere, & imitari, ſicut ille doctus facit, quẽ tu negas ſapientẽ. Porro Diogenes ſua uſus familiari linguæ libertate, quicqd male uidebat factũ, id taxabat, reprehẽdebat, damnabat. & e diuerſo, quicqd bene, id approbabat, laudabat, imitãdũ ducebat. Vnde ipſius, & omniũ Cynicorũ ſelectæ exierunt ſentẽtiæ, quas κυρίας δόξας uocabãt. At tu cõtra facis, blandiris ſemper, aſſentaris, adularis. quod maxime uituperãdũ eſt, id maximis in cælũ laudibus tollis. quod peſſimum & uitioſiſſimum, id ſolum omni ſtudio ſectandũ proponis. Seminauit Diogenes ut Ethnicus, in genere humano præcepta bona, & documenta clara. quæ licet duriora uiſa ſint, tamen nemo non illa ſuſpiciebat, ceu ex ipſo uirtutis fonte emanantia, præſertim quũ de contemptu rerum humanarum ageretur. Sed quid ſeminas tu? Profecto odia, ſimultates, inimicitias, diſcordias, bella, plura deniq; mala, q̃ in Ilíade cõtinenť.

de continent᷑. Diogenes deniq; nemini nocuit, tu omni bus. At inquis, non omnes sic fecerunt Cynici. Fateor, Sed qui Diogenem non sunt imitati, hi peruerterunt sectam Cynicam, sicut tu peruertis sanctam Christi re ligionem, dum a sanctissima doctrina sapiẽtiam stulte separare conaris. Nunqd hæc tua magna est, & lauda bilis sapientia? & illius de quo superius dixi, boni & in nocentis uiri doctrina ex Christo profecta, stultitiæ no men reportare debet? Absit. Mutabis igitur prouerbiũ si sapies, & neminem sapientem iudicabis, nisi idem do ctus sit. Circũspice teipsum, & consydera, quãtum aber ras a recto. Sæpissime enim ad hunc audiendum, quũ populo cõcionat᷑, eumq; Christi præceptis erudit, acce dis, ut sapere docearis, (neq; eñ id negas,) negas tamẽ ridicule sapientem esse, a quo tuipse cupis sapientior fieri. Sed dixerit hic quispiã, Nonne sunt quidã ex his quos tu doctissimos, cum nominas, tum iudicas, qui no biscum sentiunt, & dicunt se malle prudentiam sine lite ris, q̃ literas citra prudentiam? Sunt, fateor. Telum tor sisti ualidum quidẽ, sed quod facile tamẽ retorquebit᷑. Nam & hos ipsos qui hæc dicunt, si rem bene notabis, nihil unq̃ famæ, nominis, aut gloriæ, nisi ex solis literis & doctrina consecutos esse inuenies. Præterea ut dem tibi istum tuũ prudentem aliquid esse sine literis, uidea mus quid hoc aliquid est, & cõferatur cũ doctrina. Iste tuus bene dispensat familiam, acute stipulatur contra-

ctum, non inepte loquitur, non male consulit, umbram sequitur honesti, ut dicam omnia, ad uulgi opinionem non improbe uiuit. Sed si ab his uel paululum eum retrahes, ad illa quæ maxime hominis sunt, hoc est, ad cognitionẽ rerum naturalium, uel quod altius est, ipsius dei, ad cuius imaginẽ est factus, hæret, cæcutit, nihil penitus est. Cõtra doctus, quæ maxime decent, in his maxime ualet. Et illa alia etiã si eis animũ applicat, callet. Si non applicat, illarum rerum est imperitior, non quia non possit assequi, sed quia non uult, & contemnit illa, ut sequat᷑ meliora. At inquis, prudens meus non curat quæ supra nos sunt. Hæc opinio non minus damnãda est, q̃ ipsum adagiũ. Nam si deũ qui supra te est, nihil ad te ptinere iudicas, peruertis omnia, non est amplius tecũ disputandũ. Mutandũ est igitur, o iuuenes, doctrinæ sacris iniciãdi, inane istud ꝓuerbiũ (ut iam dixi) & uel sapientia nihil aliud intelligẽda est, q̃ doctrina, uel saltẽ doctrina, præcipua sapiẽtiæ pars habẽda. Valete.

RICHARDVS PACEVS IOANNI COLETO THEOLOGO ERVDITISSIMO ATQVE OPTIMO VIRO, S. P. D.

NVLLAE (mi Colete) occupationes quantũuis magnæ, efficere possunt, ut meorum isthic amicorũ, doctorum præsertim, quorum in numero tu excellis, nõ sæpissime recorder, eorumq; iucundissimã cõsuetudinem uehementer desyderẽ.

ter desyderẽ.

ter desyderem. Quemadmodũ igitur alijs quibusdam amicis meis nuper literarũ aliquid a me efflagitãtibus libenter scripsi, ita tibi quoq; mea sponte in præsentia feci. Et ne ægre feras, me in scribendo tibi q̃ alijs fuisse tardiorem, tarditatem scribendi ipso muneris precio compensare uolui. Quod tametsi nec argenteum, nec aureum sit, (est enim literarium) tibi tamen non ingratum fore puto, immo certe scio. Quippe qui magno studio laborasse uideris, ut omnes literarũ studiosos, tui amantissimos reddas, tibiq; deuincias. Siquidẽ hinc & non aliunde, sentiunt omnes celeberrimũ illud ludi literarij tui, quem Londini erexisti, & pulcherrime sustentas, monimentũ prodijsse. Et (quod ipsi scholæ non est postponendũ, ne dicam præferendum) curasti, ut honestissimus simul & peritissimus uir, pueros, adolescentesq; erudiat, Isocratẽ imitatus, qui sapiẽter (ut omnia) nemini pueros ad erudiendum tradendos censuit, nisi in quo doctrinam satis magnam, par quoq; honestas uitæ sequeretur, ut non doctrinam solum, sed etiam bonos mores, quum ad imitationem præceptorum totos se dederent, imbiberent. Quorum utrũq; nunc te autore, facillime possunt assequi. Habent enim præceptorẽ, cuius uita, moresq; sunt probatissimi. Tanta præterea eruditio, ut extrusa pene omni barbarie, (in qua nostri olim adolescentes solebant fere ætatem consumere, & longissimo tempore, ut nihil boni discerẽt, laborare) po

litiorem latinitatem, atq; ipsam Romanā linguam, in Britanniam nostram introduxisse uideatur. Quæ quū ita sint, cū alios omnes, tum præcipue doctos, & doctrinæ studiosos, his cœptis fauere, id est, in commune prodesse, uehementer cōuenit. Sed quia ita natura comparatū est, ut qui maxima uellent, minima possint, illi qui benignissimis animis suis re ipsa satisfacere nequeunt, uerbis suū implere officiū cogūtur, id quod mihi cum aliis (puto) multis contigit. Nam cum libentissime laudatissimū opus a te inceptum, ꝓmouere in maius, atq; (si facultatum angustia non obesset,) augere uellem, cogit necessitas uerbis efficere, quod re ipsa præstare mallem. Accipe igitur meū libellum tuo dedicatū nomini, cui titulus est, de fructu qui ex doctrina percipitur. In quo si res tam bene a me tractaretur, q̄ pueris & iuuenibus titulus conuenit, haud scio an in primis illis esset legendus. Solent em̄ omnes homines illis libentius uacare rebus, quarū fructus percipiendus, manifeste ante oculos proponitur. Sed si meū exiguum me fefellit ingenium, tibi, aliisq; relinquam, ut Vergiliū imitati, aurum colligatis ex stercore, & ex persona quadam uiuā effingatis imaginem. Ego uero hoc solo cōtentus ero, qđ tibi atq; illis pulcherrimū, in quo uos exerceretis, (quippe in utilitatem omniū studiosorū adolescētum) argumentum præbuerim. Restat ut iam tibi explicem, quid me moueat ad libellum hoc titulo cōscribendum

& publicandum. Quũ duobus annis plus minus iam præteritis, ex Romana urbe in patriam rediiſſem, inter fui cuidã conuiuio multis incognitus. Vbi quũ ſatis fuiſſet potatum, unus, neſcio quis, ex conuiuis, non imprudens, ut ex uerbis uultuq; coniicere licuit, cœpit mentionem facere de liberis ſuis bene inſtituẽdis. Et primum omniũ, bonũ præceptorem illis ſibi quærendũ, & ſcholam omnino frequentandã cenſuit. Aderat forte unus ex his, quos nos generoſos uocamus, & qui ſemper cornu aliquod a tergo pendẽs geſtant, acſi etiam inter prandendũ uenarẽtur. Is audita literarũ laude, percitus repẽtina ira, furibundus ꝓrupit in hæc uerba. Quid nugaris, inquit, amice? abeant in malã rem iſtæ ſtultæ literæ, omnes docti ſunt mẽdici, etiã Eraſmus ille doctiſſimus (ut audio) pauper eſt, & in quadam ſua epiſtola uocat τὴν κατάρατον πενίαν uxorẽ ſuam, id eſt, execrandam paupertatem, & uehementer conqueritur ſe non poſſe illam humeris ſuis uſq; in βαθυκήτεα πόντον, id eſt, ꝓfundum mare excutere. (Corpus dei iuro) uolo filius meus pendeat potius, q̃ literis ſtudeat. Decet em̃ generoſorũ filios, apte inflare cornu, perite uenari, accipitrẽ pulchre geſtare & educare. Studia uero literarũ, ruſticorum filiis ſunt relinquenda. Hic ego cohibere me nõ potui, quin aliq̃d homini loquaciſſimo, in defenſionẽ bonarũ literarũ reſpõderẽ. Nõ uideris, inquã, mihi bone uir recte ſentire, nã ſi ueniret ad regẽ aliq̃s uir exterus,

quales sunt principũ oratores, & ei dandũ esset respon sum, filius tuus sic ut tu uis, institutus, inflaret dũtaxat cornu, & rusticorũ filij docti, ad respõdendũ uocarent̃, ac filio tuo uenatori uel aucupi longe anteponerent̃, & sua erudita usi libertate, tibi in faciẽ dicerẽt, Nos malumus docti esse, & p doctrinã nõ imprudentes, q̃ stulta gloriari nobilitate. Tũ ille hincinde circũspiciens, Quis est iste, inquit, q hæc loquit̃? hominẽ non cognosco. Et quũ diceret̃ in aurẽ ei quisnã essem, nescio qd submissa uoce sibimet susurrãs, & stulto usus auditore, illico arripuit uini poculũ. Et quũ nihil haberet respõdendũ, cœpit bibere, & in alia sermonẽ transferre. Et sic me liberauit, nõ Apollo, ut Horatiũ a garrulo, sed Bacchus a uesani hominis disputatione, quã diutius longe duraturam uehemẽter timebã. Ad ultimũ, illud unice rogẽ necesse est, ut siquid in hoc meo opusculo minus eruditũ, q̃ eruditis tuis auribus cõuenit, reperies, nõ oĩa meæ imperitiæ & ignorãtiæ, sed aliqd huic quoq; attribuas incõmodo, q̃ hic nũc sum, ubi nec docti uiri sunt, nec libri, quos aliũde mihi aduehẽdos curassem, si ita fuisset cõsultũ. Sed hic nõ tam p̄maneo, q̃ pẽdeo, ut ubi sum hodie, nesciã an sim futurus cras. Atq tu p̄be nosti hominẽ literis deditũ, si desint libri, similẽ esse militis, cui desunt arma. Quare si q erũt, q aliqd puerilius in hoc libello notabũt, q̃ longũ deceat studiũ, sciant illi opusculum pueris esse scriptum. Vale, Ex Constantia.

Richardi

RICHARDI PACEI, SERENISSIMI BRITANNIARVM REGIS SECRETARII, DE FRVCTV QVI EX DOCTRINA PERCIPITVR, LIBER.

OMNIS HOMInum in uniuerſum actiones, tribus præcipue rebus inniti uidentur, iuſto, honeſto, & utili. De illa aũt utilitate loquor, quam ab honeſtate Stoici nõ ſeparant, nec Chriſtiani cõmode ſeparare poſſunt, niſi uolunt illam laudare utilitatem, quam fraus, dolus, auaritia, & aliæ innumerabiles malæ artes comparant. Itaq; ſi oſtendero nihil horũ, niſi doctrina adiutrice, homines uere aſſequi poſſe, tam late patebit doctrinæ campus, ut nemo non in eo (ut opinor) libentiſſime uelit expatiari. Principio igitur illud notandum eſſe iudico, quomodo Catonẽ, omniũ uirtutũ radicem eſſe amarã, fructus uero iucundos dixiſſe conſtat, ita Iſocratem eandẽ de ſola doctrina protuliſſe ſententiam, nimirum quod tanq; uir prudentiſſimus, omnes ad unam uirtutes a doctrina originem trahere, eamq; ueluti omniũ matrẽ exiſtimaret. Quod ut manifeſtius clariusq; fiat, ſingulas ſcientias ad humanã

uitam instituēdam pertinētes, & eidem utiles, percurramus necesse est. Igitur si omnē humanam uitam accurate & penitus introspicias, nihil laudabiliter, nihil bene, nihil recte fieri absq; doctrina, liquido patebit. Atqui ut a maioribus incipiamus, & ordine quodam perueniamus ad minora, quid ꝓdesset Theologus populo, ad quem concionatur, & præcepta prædicat diuina, nisi illam calleret doctrinam, quam Christus ipse de cælo descendēs, generi reliquit humano, ut per eā omnes a cōmuni calumniatore, id est, diabolo capti, redimerentur, & æterna condemnati morte, in æternā uitam liberarentur. Præterea quū duæ duntaxat res sint, quibus deus humanū genus conseruauit, harum altera est eius doctrina, alter est sanguis Christi effusus. Hæ autē hoc inter se distant (si modo aliqua distantia sit) quod sanguis Christi semel & cito effusus est, doctrina uero in omē æuū durat, & duratura est. Et sicut uis & beneficiū effusi sanguinis nunq; delebitur, ita doctrinæ huius salutiferæ effectus sempiternus est. Quo fit, ut his duab⁹ plane admirandis rebus, nō tam ulla differētia, q; quædam sancta paritas inesse uideat̃, & doctrina cælestis, & diuina res habenda sit. Vnde & sacrarū literarū sanctissimi professores, Christū ipsum magistrum appellant, ut diuus Augustin⁹, quum inquit, Nō in Petrum, sed in Petri magistrum, id est, Christum credimus. Sed nec Christus ipse hoc nomen dedignatur, siquidem in

De doctrina Theologica

diuinis

diuinis euangeliis ubiq; legimus, Dixit Iesus discipulis suis, qui ad magistrũ semper referũtur. Iam uero ipsius Theologiæ uocabulũ, quid aliud significat q̃ doctrinam, qua rerum diuinarũ ratio redditur? Quæ scientia ut reliquis excellentior, sic ab ipso deo profecta esse uidetur. Quo modo Poetæ finxerunt deam sapiẽtiæ natam esse ex capite Iouis, significantes sapiẽtiam rem supremam, non nisi ex supremi dei altissima & excelsissima parte ortam fuisse. Atq; hinc est, quod omnia quæ hæc scientia complectitur, & tradit, pure sunt diuina, & ob id aliqua captũ humani excedunt ingenii. Hinc etiã est, quod uniuersa ex deo & sanctis ei9 Prophetis (qui diuino inspirati numine, sunt locuti) ad nos effluxit. Hos autem quid aliud dixerimus, q̃ diuinos doctores & magistros, illiusq; doctrinæ prouulgatores, quã omnia religiose, sancteq; uiuendi instituta continentur? Quocirca quũ doctrina, (& præsertim hæc, de qua nunc uerba facio,) tam excellens res sit, ut omnem laudem longe superet, in ea uerbis nũc extollenda tempus terere nolo. Sed qui tam incomparabili dono dei assidue incumbet & assequetur, hunc plane felicem iudicabo. Nam ut sapientiam prisci præcipuã felicitatis partem esse tradiderunt, ita mea quidem sententia, doctrina sapiẽtiæ præcipua pars est habenda. nimirum quũ rectam, cum ad aliam omnẽ, si qua est, tum ad diuinã sapientiam uiam monstret. Quæ sola, si ei inhæreatur,

Fructus Theologiæ, uita æterna.

ad uitam ducit cælestem & sempiternam. Ergo nolite o pueri, iuuenesq; senesq; (ut Poeta ait) fructū huius doctrinæ negligenter colligere. Nam si ita feceritis, nō in Care (quod aiunt) & quauis uili re est periculū, sed ipsa salus animæ in manifestum uocatur discrimen. Et non hæc illa est, quam Dauid intellexit, alloquēs deum, Declaratio sermonū tuorum intellectum dat paruulis. Sane illud minime prætermittendū est, ut caute agatur in legēdis hui9 doctrinæ autorib9, id est, ut deligant͛ optimi, ut diuus Paulus, Hieronymus, Augustin9, Gregorius, Ambrosius, & siqui sunt alij horum similes. Nam in Scoto, & eius sectatoribus, plus est, ut uidetur, & etiā peritissimi Theologi sentiūt, loquacis subtilitatis, q̄ ueræ & salutaris doctrinæ. Porro iurisconsulti (nam horū sciētiam sacræ Theologiæ adnectam, tum quia inter leges aliquæ sacræ & diuinæ sunt, tum quia in hac sicut in illa, doctores non nascunt͛ hodie, sed creantur) adeo nihil faciunt absq; doctrina, ut in euoluendis legum uoluminibus nunq̄ nō uersent͛, & ut ipsorū uerbis utar, ad perpetuā chartarum reuolutionem condemnentur, (Sunt enim cōmentaria plura q̄ leges) nempe ut aliqd addiscant, uel aliquā stropham explicent. Sic enim aduocati & causidici, tam reum q̄ actorem defendere discunt, quibus si desit doctrina (& aliquādo si supfluat) saltē unus perit, & sæpissime uterq;. Nam indocti aduocati & causidici, non student ut lites cito dirimantur,

Doctrina legum.

sed ut

ſed ut quàm diutiſſime prorogentur. Quod quũ accidit, nõ minus actum eſt de illo, ſecundum quem ſententia eſt lata, quàm de altero, qui in iudicio ſuccubuit. nam ut hunc amiſſa perdidit lis, ita illum conſumpta res depauperauit. At docti (quorum numerus eſt longe minor) cõtra faciunt. Nam hi ad honeſtatem & iuſtitiam reſpicientes, nõ tam lucro augẽdo, quàm iuri ſumma (ut decet) æquitate reſpondendo, & beneuolentiæ omniũ hominum comparandæ ſtudent, ac cõſyderant, Legem (ſecundũ Græcorum ſententiã) δῶρον μὲν εἶναι θεοῦ, δόγμα δὲ ἀνθρώπων, id eſt, donũ quidẽ eſſe dei, ſed dogma hominũ. Itẽ illud, nihil aliud eſſe legẽ, quàm ἐπανόρθωμα κακῶν ὧν αἱ τύχαι ποιοῦσιν, id eſt, fortuitorũ malorũ correctionem. Nam progenitores noſtri, ut Aphthonius ſcribit, quũ fortunæ uarietatem, & humanarũ mentium mutationem notaſſent, fortunæ inconſtantiam & inæqualitatẽ, legum æquitate corrigere uolentes, leges inuenerũt, effeceruntque ut per eas una eſſet omnibus mens & ſententia. Sed non ab re fuerit ipſius Aphthonij de progenitoribus ſuis loquẽtis, uerba ſubijcere, quorũ ſenſum iã explicauimus. ἐπειδὴ γὰρ ἄλλοτε ἄλλαι τοῖς ἀνθρώποις τύχαι προσπίπτουσιν, καὶ μεταποιοῦσι τὰς τῶν ἀνθρώπων γνώμας, ἐπανορθούμενοι τὸ τῆς τύχης ἀνώμαλον τῇ τῶν νόμων ἰσότητι, νόμους ἐξεῦρον, μίαν πᾶσιν ἐξ αὐτῶν, ἐργαζόμενοι γνώμην. Ad hæc, quot ſunt iuris ſcientiæ antiqui & recẽtiores doctores, quibus quotidie diſcendi cauſa ſtudent, notius eſt

omnibus, q̃ ut a me nũc dici ſit neceſſe. Igitᷣ uel hinc liquet, iuriſconſultũ nihil eſſe aut poſſe abſq; doctrina, quæ ſola eũ iuriſcõſultũ facit, iuuenibusq; hunc fructũ colligendum offert, ut (quod pulcherrimũ eſt) poſſint cũ priuatim amicis, tũ in cõmune omĩb9 ꝓdeſſe, unde maxima honeſtiſſime cõparatᷣ hominũ beneuolentia. quod tũ demũ aſſequũtur, quũ maior iuſtitiæ reddendæ, q̃ turpis lucri accumulandi ratio habetur. Nam ut illa hanc ſcientiã maxime illuſtrat & ornat, ita hoc maxime obſcurat & deturpat. Iſtud uero tunc eſt uituperoſius, quũ a pauperibus (quorum ſors etiam iuriſconſultis eſt miſeranda) fraudulenti laboris, nimis magna exigatur merces. Vnde factum eſt, ut nulla maior horũ ſit aut frequentior conqueſtio, q̃ aduerſus legum ſtrophas & intricamẽta, a malis aduocatis & cauſidicis ſtudioſe exquiſita, ut omnem iuris æquitatem peruertant. Nam quod expeditũ eſt, tricis inuoluunt, dum in teſtamento, uel codicillis, uel alio quouis inſtrumento apertiſſime ſcripto, duplicant uel triplicãt intellectum, & nodum plane in ſcirpo quærunt. cui rei iam nunc finis imponi poteſt, non procraſtinãt modo, ſed in æuũ prorogant. Quæ quũ ita ſint, qui huic doctrinæ recte, & ut decet, ſtudere uolunt, & eã exercere, hæc præcepta ſequantur oportet, ut iuſtitiam & æquitatem ante oculos ſemper proponant, fraudem uero, dolum, & auaritiã longe abijciant, & potẽtiori ad gratiam non faueant, ut pau-

Fructus ex ſtudio legũ eſt, prodeſſe omnibus, & beneuolentiã ſimul cum utilitate cõparare.

perem ſubuertant, ne illi in uituperium leguleiorum di cto ſint obnoxij, Leges cõſimiles eſſe aranearum telis, quæ muſcas quidem irretiũt, grandiora uero animalia prendere non poſſunt. A nimia præterea ſeueritate, ipſius Chriſti exemplo abſtineãt, & tum præſertim, quũ de uita hominũ agitur. Eſt eñ ipſius dei uox, Neminẽ occidas. Deniq; ſeueritas demẽtiæ prorſus eſt inimica, quã Chriſtus quũ in mũdo eſſet, in oib⁹ ſuis actionib⁹ præ ſe tulit. Itẽ Draconis Athenienſis leges, ut nimis ſeueræ, male audierũt, quũ dicerẽtur non atramento, ſed ſanguine ſcriptæ. quo eleganter alluſit Angelus Politian⁹ in Diſticho. Actæi inuentum dicũtur iura Draconis, Fama nimis uera eſt, nil niſi uirus habent.

De legum ſeueritate.

Eſt & illud in omnibus legibus, ſiue hæ diuinæ ſint, ſiue ciuiles, ſiue municipales, in primis ſpectandum, bonas leges a ſapiẽtibus collatas eſſe cum ipſa natura. Nã quomodo natura oĩa recte diſpoſuit, ita leges oĩa recte adminiſtrare & regere debent. Vnde extat illa Græcis antiquiſſima ſentẽtia, πᾶς ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος φύσει καὶ νόμοις διοικεῖται, id eſt, omnẽ humanã uitã, natura & leges diſpenſant, & adminiſtrant. Sed de ſciẽtia iuris ſatis de profeſſoribus aliquid addã, de quibus quũ loquor, non Accurſium, & alios huius non diſſimiles imitandos dico, ſed Vlpianum, Paulum, Gallum, Scæuolam, & alios huius ſectæ multos, in quib⁹ reperio ſingularem ſapientiam una cũ eleganti doctrina coniunctã.

Nam Accurſij

Nã Accursij interpretamẽtis & glossematibus, tum demum ego credere soleo, quũ ait, dic nescio. nõ possum tamen simplicitatẽ hominis nõ uehemẽter laudare, qui ingenue fatetur se nihil scire. Hic non possum tacere fidelissimũ meum amicũ Ioãnem Clerke, qui (ut generis claritatem omittam) hac scientia non semetipsum modo, sed patriã quoq; suam illustrat. Nam quũ is & ego olim in Italia operã daremus literis, tam arctam, tãq; fidelem & constantem iniuimus amicitiam, ut nullum unq; par amicorum ex his, quæ apud omes scriptores sunt celebratissima, in religiose obseruando illo Pythagorico prouerbio, Amicorum om̃ia cõmunia, nos superaret. Siquidem non interponebãtur inter nos preces, ut quicquid esset, ex æquo diuideret̃, sed alter alteri sua sponte omnia, si qua premeret inopia, afferebat ut uteretur ꝓ suo, & maluit ipse egere, q̃ deesset amico. quod tunc liquido patebat, quum ad calculum (quod non coactum, sed spontaneum erat, ut amicitiæ ueræ cõuenit) deueniret̃. Est enim persæpe inter nos uisum, ut quum ego perparum, ipse nihil haberet. & ecõtrario, quũ ipse pusillum, ego ne obolum quidem. & tunc uenit in mentem illud Horatianum, Tribusq; diebus nil erat in loculis. Et istud uere erat Pythagoræ satisfacere, sicut & in futurũ quoq; facturi sumus, & acturi cõmuni diuidundo. Nec facultates solũ inter nos cõmunes erant, sed etiam studia. Prouocasti enim me (ut audio) mi Io-

Amicitia Ioannis Clerke & Pacei

annes,

añnes, ad perlegenda tecum omnia digestorũ uolumina, currentem, ut aiunt, incitas. & si quum simul erimus, te lentiorẽ uidero, pungam, mihi crede, nam nec mihi meus deest aculeus. Iam de iure canonico, quod idẽ diuinũ appellatur, cum sacra Theologia, unde originem habet, cõiungendũ asseuero. Et qui huius doctrinæ studium nõ probat, idem potest ipsum quoq; deum stulte improbare. Est enĩ hæc scientia comes Theologiæ, & ob id pari ueneratione prosequenda. Sequitur philosophia (male tamen libenter sequitur, quia præcedere uoluit) cuius tam celebre, tãq; insigne nomen fuit semper atq; apud omnes gentes (sicut adhuc quoq; floret) ut nullus fere antiquorũ ei serio studuerit, quẽ omnes homines in cælum laudibus nõ extulerint, non doctrina solum illorum, sed etiam morum & uitæ probitate incitati. Nam ex huius officina prodijt Pythagoras, Socrates, Plato, Aristoteles, Zeno, Xenocrates, Cleanthes, & alij inumeri, nũq; satis laudati uiri. Sed qd causam præbuit tã cõmuni laudi atq; eorũ gloriæ? Profecto nihil præter doctrinam, qua præditi, excellentissima ingenij sui monimenta posteris reliquerunt (quorum excellens pars adhuc extat & est inter manus hominum.) Nam uel in cõtemplatione rerum tam cælestium & humanarum semper sunt uersati, uel assidue laborarunt in his quæ ad formandos bonos mores spectant. Quæ duæ res effecerũt, ut hæc doctrina priscis pfectissima habe-

retur, tanq̃ nihil non complexa. Vnde Cicero philoso phiam omniũ uirtutum matrem, & omniũ uitiorũ expultricem appellat, & omnẽ autoritatẽ philosophiæ in comparanda beata uita cõsistere scribit. Ad hanc itaq; nõ modo omni studio, sed omnibus quoq; uotis expetendam, non tam mea inuitare iuuenes oratio, q̃ ratio ipsa excitare debet. Est enĩ hæc nõ ex his reb9, quæ alieno tantũ laudantur ore, sed αὐτὴ αὐτὴν αὐλεῖ (quod prouerbio dici solet) id est, seipsam laudat & prædicat. Fructus igit' huius doctrinæ est uberrimus, tametsi paucis uerbis explicetur. siquidem honesta appetere, turpia auersari, fugere uitia, uirtutes sequi, usquequaq; docet. Huius comites multæ sunt, ut mathematicæ scientiæ omnes, sed omniũ prima & princeps est doctrina medica, inter pulcherrimas & utilissimas illius partes numerata. Nec immerito, nam periti medici, q̃plurimos & grauissimos, in quos solemus morbos incidere, curant. a quibus si non liberaremur, ipsa uita (nemini nõ suauissima) omnibus esset tedio. & nisi adesset, inquit ille, ualitudo, oẽs in pœnã uiueremus. Et quũ omnes homines in hoc cõsentiunt, ut sanitatem omnibus humanis bonis præferant, immo illa, si hæc non adsit, uilipendant, & pro nihilo ducant, plurimũ haud dubie debemus rei medicæ, eiusq; professoribus, quorũ arte & diligentia ipsa sanitas nobis conseruatur. Vnde sapienter (ut omnia) Pythagoras, trium magnarum quæ solebat optare

Fructus philosophiæ, morum honestas, & uitæ probitas.

Fructus artis Medicæ, conseruatio sanitatis.

bat optare rerum, primã fecit sanitatem. Nam optabat ille ὑγιαίνειν, καλὸν εἶναι καὶ πλουτεῖν, id est, sanitatem, pulchritudinẽ, & diuitias. Fructũ igit huius doctrinæ tanto alijs anteposuerim, quanto aliarũ quidã doctrinarũ fructũ quodãmodo uidemus magis, q̃ sentimus, hũc uero & uidemus, & sentimus. Hinc est qd apud oẽs celebratissimi sunt duo illi huius doctrinæ principes, Hippocrates & Galenus. quorũ prior doctrinæ tã studiosus fuit, ut doluerit artẽ esse longã, uitã uero breuẽ. Sed illud o iuuenes, huic sciẽtiæ operã daturi, diligẽter obseruate, ut græcã linguã cũ latina cõiungatis. nam sicut aliæ sciẽtiæ, in quibus aliqd latini scriptũ reliquerũt, e græcis fontibus emanarũt, ita hæc potissimũ, adeo ut in ea uix aliquid possitis assequi, linguæ græcæ ignari. Quã si contẽpseritis, in illorũ medicorũ numerũ referemini, q impune hoĩes occidere solẽt. De qbus Plinius, Soli medico hominẽ occidere, summa est impunitas. Exigit iam suũ musica quoq; doctrina locũ, a me præsertim, quẽ puerũ inter pueros illustrauit. Nã Thomas Langton Vyntoniensis episcopus, decessor huius qui nunc uiuit, cui eram a manu minister, quum notasset me longe supra ætatem (ut ipse nimis fortasse amans mei iudicabat, & dictitabat) in musicis proficere, Huius inquit, pueri ingeniũ ad maiora natum est. & paucos post dies in Italiã ad Patauinũ gymnasium, quod tũc florẽtissimũ erat, ad bonas literas discendas me misit,

Thomas Langton

annuasq; impensas benigne suppeditauit, ut omnibus literatis mirifice fauebat, & ætate sua alterum Mecœnatem agebat, probe memor (ut frequēter dictitabat) sese doctrinæ causa ad episcopalem dignitatē prouectum. Adeptus enim fuerat per summam laudem, utriusq; iuris (ut nūc loquūtur) insignia. Item humaniores literas tāti æstimabat, ut domestica schola pueros & iuuenes illis erudiendos curarit. Et summopere oblectabat̃ audire scholasticos dictata interdiu a præceptore, sibi noctu reddere. In quo certamine qui præclare se gesserat, is aliqua re personæ suæ accōmodata, donatus abibat, & humanissimis uerbis laudatus. Habebat em̃ semper in ore ille optimus Præsul, uirtutem laudatam crescere. Et siquis ei uidebatur hebetioris ingenij, uoluntatē tamen non deesse, huic naturæ culpā non imputauit, sed suauiter hortabatur, ut diligentia contenderet cum natura, proponens aliorum quorundā exempla, qui ita fecerant. Quod siquem notasset, nō per ingeniū, sed peruersam suam negligentiā, alieniorem a literis, hunc sapientissimis uerbis obiurgabat, demonstrabatq; argumentis, nihil unq̄; ei feliciter euenturū, quem tantæ uirtutis, quanta est doctrina, contēptorē esse non puderet. Idē in munere episcopali ita se gessit, ut apud tres reges ingenij, doctrinæ & experientiæ causa, in maxima fuerit autoritate. Libuit in hoc paulo extra propositum uagari, ut excellentissimi uiri memoria, per me (de quo optime

optime meritus fuit)posteris cõmendaretur. Exigit,inquam, musica suum a nobis locum,& incipit contendere,& primas inter omnes scientias sibi uendicare, affirmãs intrepide cælum ipsum ruiturum, nisi una pars ipsius,id est,harmonia quædã, musica cælestem illam fabricam contineret. nec pateretur admirandã illam aptitudinem dissolui,quã ideo ab hominibus non audiri, quod sensum aurium humanarũ longe superat, quod etiã in humanis rebus accidere dicitur, ut in Nili catatactis. Vnde Theologos illos antiquos,non aliam ob causam mystice nouem intellexisse musas, nisi propter octo sphærarũ cælestium musicos concentus, & unam maximã concinnentiã,quæ cõstat ex omnibus,harmoniam (ut dictum est)nomine. Hanc uero in causa esse, ut ipsum etiam cælum canat. Porro continuus, inquit musica,motus ille animæ,quæ (ut Flaccus ait)diuinæ est particula auræ,nõ nisi harmonicus est & musicus. Quod si ego illa sum,quæ rebus diuinis perpetuitatẽ largior, cur non & ego diuina habenda sum? Iam uero nonne hymni, qui in deũ ubiq; gentiũ canũtur,mei sunt? Tũ quis me fidelius clarissimorũ uirorũ gesta, æterna donat memoria? Nonne Homerus, Vergilius, & reliqui omnes nobiles Poetæ alumni fuerũt mei? Viuit ne per me Vlysses? perijsset ne omino Aeneæ memoria,nisi cecinisset Vergilius, Arma uirũq; Cano? Hinc est quod apud priscos,quũ omnis uirtus floridior esset quam nunc,habiti De Musica

sunt indoctiores, qui citharam pulsare & canere nescierunt, & lyram pro more in omnibus conuiuijs circulatã recusarunt. quæ nota celebratissimo illi Themistocli inusta fuisse narratur, ut cõtra, laudatũ ferunt Epaminondam, quod ad citharã canere esset eruditus. Extant in me Platonis quoq; & Aristotelis præconia, quorũ alter musicã, omni ciuili uiro necessariã, alter uero inter disciplinas maxime liberales, collocandã censet, ideo quod ego non minus sum sine noxa delectabilis, q̃ philosophia salubris. Ego enim illa sum, quæ curas abigo, clementiã suadeo, ad leniendos affectus plurimum ualeo, mœrentibus mœrorem adimo, hilares hilariores efficio. Eadem deniq; uarijs, moribus accommodata, animos auditorum quocũq; uolo, sensim traho. Porro nõ solum animorum perturbationibus, sed etiã corporis morbis mea medetur modulatio, quippe quum ad febrem & uulnera cantiones soleant adhiberi. Quapropter laudatus fuit olim Xenocrates, qui musicis modulis, lymphaticos etiam & insanos liberabat. Item Asclepiades, qui tubarum cantu surdissimis medebatur. sicut & Theophrastus, qui animi affectiões tibijs moderandas censuit. Quinetiam memoriæ posteritatis cõmendatum est, Thaletẽ Cretensem citharæ suauitate, cum alios morbos, tum pestilentiam fugauisse, & cantus tibicinum mederi ischiacis. Iam uero in ueteri instrumento scriptum reperitis, quemadmodũ Dauide citharam pe

rite

rite pulsante, Saul refocillabatur a furore demētiæ, quo identidē corripiebatur. Sed de curādis morbis satis, ne uidear id agere, ut sororem meā artem medicam omni honore & dignitate sua priuē. Laudandus sane est Socrates, qui Apollinis oraculo sapiētissim⁹ iudicatus, noluit hoc nomē agnoscere, priusq̃. lxxx. ætatis natus annum, fidibus canere didicisset. Nimirū nullam ubi ego nō adsum, perfectam sapientiam existimans, huc accedit, quod nō solum homines ratione præditi, sed etiam bruta animalia, ratione carentia, me mirifice capiūtur. Quæ est eñ tam fera belua, quæ quū sentit me adesse, non placatur? Cerui fistularum cantu adeo demulcentur, ut cantus dulcedine trahātur in prædam, Aues uero fistulis allici, & capi, uulgatissimum est. Quid delphinum uobis cōmemorem? qui Arionem meū citharœdum, suauitate artis ipsius captus, in mare proiectū, dorso excepit, & ex Italia Tenarū usq̃ peruexit. Atqui quū omnes res humanæ duo duntaxat tempora, nempe pacis & belli, sortitæ sint, uolo intelligatis uires meas non infirmiores in uno esse, q̃ in altero. Nam Timotheus in arte musica adeo excelluit, ut Alexandrum Magnum modo arma corripere, modulamine illo uirili & erecto (quod Græci orthion nomon uocant) usus, modo mutata harmonia, deponere cōpelleret. Sicut & Pythagoras adolescētē sono lyræ ad lupanar impulit, & eadē ratione eundē reuocauit. Ad hæc, ego in omnibus

bus bellis ad prælium milites excito, eisq; animum & uires suppedito. Eadem, si opus erit, reuoco, & in unum colligo, & istud est, quod apud omẽs legitis, receptui canere, adeo ut nihil sine me in bellis bene fiat. Quid em̃ sine me fecerũt celebratæ illæ Romanæ legiones, id est, sine lituis, tubis, & cornub9, quorum concẽtus eq̃s pariter & milites acuebat? Quid Cretẽses sine cithara, ad cuius sonũ semper dimicabãt? Quid Lacedæmonij & Sybaritæ sine tibijs? Quid Amazones sine calamis? Quid Alyattes Lydorum rex, sine fistulatoribus & fidicinis? Cæterũ ut uerũ dicã, bellis inuita intersum, ideo q̄ minime bella sunt. Vnde Erasm9 nec cõtra Turcas quidẽ bella ꝓbat. At nec Dauid a me dissentire uidetur, quũ inquit, Dissipa gẽtes, qui bella uolunt. Addã duo, quæ subtilia quidẽ sunt, uera tamẽ. Vnũ, quod periti musici lõge melius & acutius, q̄ illi q̄ musices sunt ignari, percipiunt, quia sunt apud omnes rhythmi, & eis aptius scient uti, etiam si oratorum de illis præcepta nunq̄ legerent. Nam plurimũ in his potest auriũ iudicium, cui musica magna est adiutrix, nempe in om̃ibus quæ modulatione nituntur, quod genus sunt rhythmi. Docet igitur Musica & orare bene, & concionari. Quarũ rerũ non ignarus, fons ille Theologiæ, frater Egidius, egregie in pulpitis ecclesiasticis, etiam contra ipsos summos Pontifices sæpissime cecinit, nunc creatus Cardinalis, ut taceat. Cæterum in eo creãdo, Leo Põtifex uere Max.

De fratre Egidio nũc Cardinale

honori

honori suo maxime consuluit, nõ solum quia ob admirabilẽ scientiã dignissimus fuit, qui crearet̃, sed quia uiuẽte (ut intellexi) Iulio II, Leo adhuc Cardinalis, motus doctrina huius excellentis uiri, apud eum intercessit, ut tũc in sacrum collegium asciretur. Sed Iulius, ut erat uir iustus & timens deum, quũ audisset Cardinalem nulla moueri nisi doctrinæ ratiõe, Probe, inquit, nosco incredibilẽ doctrinã fratris Egidij, filij nobis in primis chari & dilecti, & sola doctrina est in causa, ut non possim illum illæsa conscientia in Cardinalium numerum referre, quo possit commodius uerbum dei quotidie (ut facit) populo prædicare, qd' Cardinali creato minime liceret. Est enim, ut scitis, hoc a Cardinaliũ dignitate & consuetudine longe alienum, sed diuina prouidẽtia factũ est, ut quod Leo tunc Cardinalis procurauit, nunc Pontifex Max. per se facere posset. Sane utriusq; Pontificis in hoc uiro iudicium, nemo nõ merito probauerit. Nam Iulius, ut pius uir, & Christiani gregis studiosissimus pastor, noluit eũ creare, ut cõmodius erudiret populum. Leo omnino creandũ censuit, ut uel unus saltẽ in sacro collegio summus esset theologus, nisi siquis fortasse alius clam me, æque doctus, in idẽ dulcedine purpurei pilei captus, irrepsit collegiũ. Alterum est, cuius Victruuius quoq; meminit, musicã in primis esse necessariam omnibus balistarum, catapultarũ, scorpionum, hydraulicarum machinarum artificibus, quippe

efficacem ad harum temperaturas moderandas, adeo ut hæc, iuxta illius sententiam, non possint ullo modo recte effici sine musicis ratiocinatiõibus. Sed si omnes, o studiosi adolescentes, uirtutes meas & ornamenta in medium adducere uellem, dies quantumuis longa, me deficeret. Volo igitur de industria multa silentio præterire, ne ex ambitiõe magis, q̃ ex ueritate loqui existimer. Hæc musica in laudem suam, quæ omnia nos nõ possumus uerissima esse, nõ fateri & confirmare. Voluimus tamẽ de hac scientia nostrã aperire sententiã, ideo quod illa tẽpora, quibus (ut ipsa narrauit) tam insigniter musica floruit, sunt mutata, & maxima pars huius artis negligentia hominũ periit. Nam omnia quæ musici nostri faciunt hodie, sunt fere triuialia, si cũ his quæ fecerunt antiqui, comparentur, adeo ut uix unus aut alter reperiatur, qui quid sit harmonia (quam semper habent in ore) intelligat. Huic itaq; restituendæ, quũ Romæ essem, nactus in bibliotheca summi Pontificis magnam librorũ copiam, quos in hac sciẽtia multi & summi Philosophi scripserunt, magna & miranda continẽtes, uacare cœpi, instigatus ab honestissimo simul & doctissimo uiro Gulielmo Latymero. Sed repentina Cardinalis Angliæ defuncti morte (cuius memoria in perpetuum mihi est colenda) impeditus, & Romam relinquere coactus, institutum prosequi non potui. Verum quoniam, ut dixi, mutata sunt tempora, & periit maxi-

ma artis

ma artis huius pars, qui uolunt ei ſtudere, ita illis meo iudicio eſt agendum, ut cum muſica aliquã aliam liberalem ſcientiam cõiungant, ſicut apud antiquos multi fuerunt & ſummi muſici, & excellentes philoſophi. Nã omnẽ in hac ſcientia ſola ætatẽ conterere, nihil ad rem pertinet, præſertim quũ ſubciſiuæ horæ huic ſufficiant & ab aliud agẽtibus poſſit diſci, ſicut MORVS meus didicit pulſare tibias cum coniuge, niſi ſiquem natura (quod aliquãdo uidetur accidere) ab omnibus alijs ſtudijs penitus alienarit. Nam huic concedã, ut canat ſemper, & pſallat, & in omni genere muſices ſe exerceat, ne ſi aliquid aliud inuita Minerua conetur, operã & oleũ (quod dici ſolet) perdat. Sed finẽ poſtulat hæc de muſica oratio. Eſt igit̃ huius ſcientiæ fructus proculdubio magnus, ſiquis eum penitus intueatur. Siquidem hæc (ut ſupra dictum) deum honorat, homines celebrat & delectat, triſticias animi diſcutit, omne genus animantum placat & demulcet. Quæ omnia ſi in ſummã contrahas, inuenies muſicam prodeſſe quidẽ omnibus, nocere uero nemini. Sed his diebus non tam innocentiæ ratio, ꝙ utilitatis habetur, unde requiſiui, ut muſicus cum muſica aliam coniungat ſcientiam. His de muſica auditis, proruperunt in medium affines eius Aſtrologia & Aſtronomia, ſcientiæ ſyderales, quarum altera a tatione, altera uero a lege & norma ſyderũ uocabulum ſibi deduxit. Hæ quũ diu multumq; inter ſe utra utri

Morus Muſicus

Fructus Muſices, deũ honorare, hoĩes celebrare, & delectare.

 anteponeret̃,

anteponeretur, cõtendissent, tandẽ lex & norma cesse-
runt rationi, & sese ab ea originẽ traxisse cõfessæ sunt.
Quippe quũ nulla lex absq; ratiõe condat', nedũ ulla
norma introducat'. Sublata itaq; hac cõtentiõe, Astro
astrologia loquitur logia sic est exorsa. Ego inqt (o charissimi iuuenes, do
ctrinæ operã daturi) maiorẽ curam ueræ honestatis, q̃
inanis gloriæ semp habui, & ueritatis in primis studio
sa fui, quapropter uolo uobis citra fucũ & fallaciã sim
pliciter, ne decipiamini, quantũ possum & ualeo, decla
rare. Apud maiores igit' uestros (quibus longe notior
fui, q̃ hui9 ætatis hominibus) clara & illustris his nomi
nibus fui. Primo quod meo freti auxilio, defectus So-
lis uarios, Lunæq; labores, ut Poeta ait, deinde motus
syderum, postremo agrorum fœcunditates & sterilita
tes in multos annos uere prædixerunt, ideo quod hæc
sunt quæ naturæ ipsius necessitas (ut Physici docent)
perfectura est. Motus enim syderum nõ temerarij aut
fortuiti sunt, sed certo & constanti ordine fiunt. Et ut
harum rerum unũ uobis, quo apertiores fiant, produ-
cam exemplũ, Democritus ille astrologus, cuius & Pli-
nius meminit, quum a quodam stulto diuite deridere-
tur, ob prædictionem magnæ olei inopiæ, in unũ præ-
fixum annũ futuræ, ut scientiam suam ueram esse com
probaret, cœpit omne oleũ (erat em̃ diues & ille) quod
hincinde in tota regione colligere poterat, emere, & cõ
seruare in illum, quem nihil olei producturum annum
prædixerat,

prædixerat, ut accidit. Tunc uero quũ omnes ad illum olei emendi cauſa confluere cogerentur, uenit & ille diues, qui eum, ut dixi, deriſerat, huic Democritus, Te inquit, cõtumeliæ nomine in ius uocabo, ſed nolo alia cõdemneris, q̃ ſtultitiæ pœna, & doctrinam aſtrologicã quomodo ego eam exreceo, ueram eſſe fatearis. Nam ut omnẽ mentem meã intelligas, ego non coemi tantũ olei, ut opes quibus ante iam abũdaui, augerem, ſed ut quod ex doctrina prædixi, uerum eſſe comprobarem. Et ut iſtud manifeſtiſſimũ fiat omnibus, minuã quod auxi, olei preciũ, & abſq; ullo lucro quicqd habeo uendam, & partiar ex æquo in cõmune, ut om̃ibus (quoad eius fieri poterit) ſatiſfiat. Is itaq; ſectator meus, non modo diuitem & doctum, ſed etiam bonum & honeſtũ uirũ ſe declarauit, quales hodie ꝑpauci reperiũtur. Hæc & his ſimilia ea ſunt, quorũ cognitionẽ & præſenſionẽ ipſa mihi uẽdico. Eſt eñ in his prædicẽdis ſua ratio, cauſa, atq; etiã neceſſitas. At qui theſauros inueniendos, aut hæreditates, aut dignitates uenturas prædicũt, (qđ hodie in ſummo Pontificatu ꝓmittendo maxime fit) qd ſequũtur? aut in qua rerũ natura ineſt id futurũ? Vnde Ciceronẽ ueſtrũ uehemẽter laudo, q de iſtis impoſtoribus optime & elegãtiſſime ſcribit in primo de diuinatione libro, in hæc uerba, Nõ agnoſco de circo Aſtrologos, non Iſiacos, non coniectores, nõ ſomniorum interpretes. Non eñ hi aut ſcientia, aut arte

diuini,sed superstitiosi uates,impudẽtesq́; harioli, aut inertes,aut insani,aut quibus egestas imperat, qui sibi semitam non sapiunt,alijs monstrant uiam.quibus di uitias pollicentur,ab his petunt drachmas. de his diui tijs sibi deducant drachmã, reddant cætera. Porro in Cornelio Tacito de istis loquente,non ueritatẽ modo & elegantiã,sed etiam breuitatẽ impense laudo.Nam Mathematici,inquit(sic eñ isti prognostici nominan/ tur)genus hominũ,principibus infidum, credentibus fallax,a ciuitate nostra semper prohibentur,sed expel- luntur nũq̃. Item extat scitũ cõtra aruspices, Catonis dictũ,q mirari se aiebat,quod nõ rideret aruspex,aru/ spicem cum uidisset.Nam eiusdem generis sunt aruspi ces,extispices,augures,necromãtici,pyromantici,aero- mantici,hydromantici,phytonici, catoptromantici (id est,qui ex speculorum inspectione, occulta siue futura nunciant) Magi,quorum ars initio quidem nõ nisi ex deorum cultu & syderum obseruatione constabat, sed postea ad incantamenta & ueneficia prolapsa est. De/ niq́; illi qui in hoc stultitiæ genere cæteris longe antece dunt,nutriẽtes spiritus malignos in ampullis, si modo aereum corpus uitro pasci potest.Quãtum autem hæc insania fugienda & abominanda sit,nõ modo sanctis præceptis (quæ oĩa huiusmodi dãnant)monẽdi hoĩes sunt,sed etiã rerũ experiẽtia. Nã egomet in Italia uidi & cognoui,q̊s hæc ars nõ modo præcipitauit, sed etiã

Artes dã/ natæ

ad extrema

ad extrema calamitosissime perduxit supplicia. Et miserrimi homines, qnod alios diligētissime docere sunt conati, hoc est, futura indubie præscire, id in semetipsis perfectissime ignorarūt. In horum numerū intrudam & Alchimystas, ceu additamentū (alium enim locum eis nō reperio) quorum nomē nouū & obscurum est, & sciētia plusq̄ ridicula & stulta, & ex qua nihil fructus præter risum, capiunt homines, quū uideant illos enixissime & diutissime laborare, ut argētū nō in aurū sed in cineres transmutēt. Recte igitur de uniuerso hoc hominū genere scripsit, qui illud scripsit, Istis nō credo q aures uerbis diuitāt alienas, suas ut auro locupletēt domos. Sane Alchimystis & Necromanticis debemus prouerbium hodie uulgatū, Nec Alchimystā bene uiuere, nec Necromanticū bene mori. Quāobrem ab harum artium malarum, & prorsus damnandaꝝ studio, omnes q̄ uehementissime possum, dehortor, quippe quū nec cū astrologia quicq̄ habeāt cōmune, nec alia quauis liberali & approbata sapientibus uiris scientia, sed aliam quandā turpissimā reginā sortitæ sint, noīe imposturā. quæ cū suis mox noīatis discipulis, nullum alium fructum præbent hominibus ipsarum studiosis, q̄ infamiā, paupertatem, & extremā miseriā. Neq; enim debet illud aliquem mouere, quod aliquādo incidunt in ueritatē. Nam hoc fit, ut siquis tessaris uel talis tota ludat die, possit semel seniones uel Venerē iacere,

In Alchimystas

Sentententia

quod

quod nulla ratione,ſed fortuitu accidit.Et ut horũ falla
ciæ uobis ſint notiores,ſcitote iſtos in hoc uehementiſ/
ſime laborare,ut principum intelligant ſecreta,& ob id
in ipſorum aulis ſuos habere exploratores, illos præci-
pue,qui aliquã rerum mutationẽ expectant. Et ſiquid
hac uia odorari uel ſcire poterunt, tunc quod ueriſimi-
lius eſt,id coniectant futurum. Quod ſi uel ſemel,non
ſcientia,ſed coniectura ueritatem futuram aſſequãtur,
tunc non humana ratio , ſed credulitas rerum nouarũ
cognoſcendarum iſtos ſuſtinet, & etiã nutrit. Nam ni
ſi hi duo errores plurimum inter homines poſſent,iſti
proculdubio perirent fame,id quod uel hinc patet, qđ
etiã nũc quũ eis ſtulte creditur,ſemper adeo ſunt pan-
noſi,ut uix per ueſtes illorum,pediculus citra decidẽdi
periculum poſſit ſerpere , ita uero egeni , ut leporarijs
panis longe ſit paratior , ꝙ̃ illis. Coniectores uero &
ſomniuẽdæ (quorum ars magis exoleuit) alia utuntur
uia,de quorũ impoſturis ridiculam uobis narrabo fa/
Fabula bellã,cuius & Cicero meminit. Detulit quidã ad Apa/
turium cõiectorem, ſomniaſſe ſe ouum pendere ex fa
ſcia lecti cubicularis.Reſpondit cõiector,aurum defoſ-
ſum eſſe,qđ ipſemet defoderat. Fodit ille,inuenit,non
theſaurum,ſed auri aliquantũ,& id circũdatum argen-
to.Miſit cõiectori in mercedem,quantulũ uiſum eſt de
argẽto. Quod quũ uidiſſet ille, Nihil ne, inquit,affers
de oui uitello? In iſto impoſtore hoc ſolum iudico tole
rabile,

rabile, quod fuit facetus nebulo. Equidē in hac scientia somniaria non puto dissentiendum a Cicerone, qui si deus, inquit, uoluisset nos futura præscire, non hoc nobis dormiētibus, sed uigilantibus potius cōcessisset, id quod tunc uerissimū esse constabit, ut mihi uidetur, si unusquisq; sua diligenter obseruaret somnia. Nā egomet interdum nō solum incredibilia, sed etiā ab omni ratione aliena, immo prorsus impossibilia somniaui, ex quibus nescio quæ futurorum sciētia percipi potest. Quid ex his, quæso, perq; ridiculis colligēdum est? Somniauit hic unus nuperrime equū suū frustum placentæ deuorasse, & in sequenti die illud idē euomuisse. Alter nudum se ambulantē, tam magnū longumq; egessisse stercus, ut cogitetur illud ceu caudam trahere. Sed uideamus quid aliqui non explosi autores de somnijs somniant. Scribit Artemidorus de somniorū interpretatione in hæc uerba, ἁρπαστὸν καὶ σφαῖρα φιλονικείαν ἄπειρον συμαίνουσι. πολλάκις δὲ καὶ ἑταίρας ἔρωτα, ἔοικε καὶ ἡ σφαῖρα καὶ τὸ ἁρπαστὸν ἑταίρα διὰ τὸ μηδαμῆ μένειν, ἀλλὰ πρὸς πολλοὺς φοιτᾶν, id est, harpastū & sphæra (quæ pilarū lusoriarū genera sunt) certamē infinitū significāt, sæpe uero etiā meretricium amorem. uidet᷑ em̄ sphæra, & harpastum meretrix, ꝓpterea quod nusq; maneat, sed ad multos prodeat. Equidem in hac interpretatione nihil solidioris doctrinæ cōtemplari possum, sed inanē potius coniecturam, longo fortasse studio & tempore acquisitā.

Duo somnia ridicula

Nã hæc somnolenta ars, ex quotidiana obseruatione originem traxisse uidetur, quæ non tam certa est, q̃ sæpissime labitur. Non potest enim mea quidem sententia, aut Artemidorus, aut quiuis alius somniorũ interpres, ulla probare ratione, unam & eãdem rem, uariũ somniorũ euentum denotare. Igitur ut mitius cũ istis agamus, relinquamus eis inanem cõiecturam, unde & coniectores uocantur, sed tollamus omnẽ certam scientiam, ne diuinæ potestati somnium æquetur, & quæ in deo pars est præcipua, hanc sibi uendicet indoctus homuntio. Et nec illis credamus somnijs, quæ falso nomine (ut opinor) Danielis circũferũtur, nam nec in his ego quicq̃ præter somnia uideo. quorum unum est illud, Notatur in illis amicum ei periturum, qui somniat sibi dentem, & præcipue maxillarem decidere. Ego contra uidi, post huiusmodi somniũ duos recentes amicos acquisitos uni fuisse. Quærãt itaq; qui uolunt ueritatem in somnijs, me comitem non habebunt. Sane non sine causa & ratione obtinuit consuetudo, ut quoties aliquis friuola, inania, & incredibilia loquat̃, dicamus eũ somnia narrare, uel somniare. At dixerit quispiã, quid sentis de somnijs illorum sanctorum uirorum, quibus (ut in ecclesiastica historia sæpe legimus) angeli in somnijs apparuerunt, & hoc uel illud ex deo monuerũt, quod eis prætermittere religio fuit? Respõdeo, hoc qd̃ ex deo factum fuit, non esse somnio ascribendum, sed

puræ

puræ ueritati per diuinũ nuncium allatæ. Vnde huiuſmodi diuinæ mentis ſignificationes, ab ipſis eccleſiaſticis, reuelatiões, & nõ ſomnia uocãtur, alio & ueriore (ni fallor) nomine. Nõ me latet Philoſophos, & quidẽ magnos, aliqd ſomnijs tribuere, q etiã ſomnia quædã θεόπνευστα inuenerũt. Sed mihi certũ eſt nolle amplius ſomniare. Et nec Ariſtoteles ipſe poteſt mihi perſuadere aliqd certi incertis ſomnijs ineſſe, ſed ei opponã Eccleſiaſten ſcribentẽ, Vbi multa ſomnia, ibi multæ uanitates. At nec Themiſtius, ipſius Ariſtotelis ſectator, aliquid certi in ſomnijs uidere potuit. Omnẽ igitur, o iuuenes, hanc diuinãdi & prædicandi futura impoſturã contemnite & auertite, præferẽtes iſtis meris nugamentis, illam inſignem Ariſtotelis ſententiã & rationẽ, ſcribentis, φρονίμων καὶ σοφῶν ταχεῖαν εἶναι τὴν μαντικὴν, καὶ μόνων, id eſt, ut dicam breuibus, ſolos prudentes & ſapientes celeriter diuinare. Nam ſapientes ex præteritorum & præſentium coniectura, facile proſpiciunt quid ſit futurum. Hæc itaq; ſapiẽtiſſimi uiri ſententia, homini tribuit uim ingenij, ſed ſoli deo ueram futurorũ præſciẽtiam relinquit. Credite igitur & uos Chriſto ueſtro ueritatis prædicatori, immo ipſi ueritati, quum ait diſcipulis ſuis, Non eſt ueſtrũ ſcire horas & momenta, quæ pater meus poſuit in poteſtate ſua. Et ſiqui cõtrarium aliquid huic diuinæ ſententiæ perſuadere conabũtur, hos fugite tanq; peſtes, & iudicate nec aſtrologos, nec

Extrologi Extronomi.

aſtronomos eſſe,ſed(ut imperitũ uulgus appellat) ex-
trologos potius,& extronomos, quaſi omnia quæ lo-
quũtur,ſint longe extra rationẽ & legem ſyderum col-
locata.& ut aliquid aſperius ſentiant, torquere in illos
illud Demoſthenicũ telum, μανίαν εἶναι, τὸ παρὰ δύναμίν
τι ποιεῖν, id eſt, inſaniam eſſe aliquid ultra uires conari.
Qua in re ſemper mecũ ſenſit ſoror mea aſtronomia.
Næ, inqt Aſtronomia, o ſoror,ego nulla in re a te diſ-
ſentio,ſed omnia quæ a te dicta ſunt,cõfirmo & appro
bo. Nam iſtud fallaciſſimum hominum genus, quod
deus malũ,male perdat, bonis noſtris abutitur, & ſua
ignorantia adeo omnia peruertit,ut bona pars homi-
nũ nunc minoris nos æſtimet,quam aliam quãuis pene di
cam,artem mechanicam. In cauſa autem eſt, quod nõ
niſi indocti,mẽdaces,egeni,& famelici hoc ſæculo nos
in ore habent.nam ſi tales hodie noſtri eſſent ſectato-
res,qualis fuit Democritus,cuius tu paulo ante memi-
niſti,præclare nobiſcum ageretur. Sed uix ſperare poſ
ſum hoc unquam futurum,niſi principes & uiri primarij di
ligentius quam nunc faciunt, literis ſtudeant, & philoſo-
phentur.Et non minus uerum eſt illud, nõ plures futu

De Geometria

ros Vergilios,niſi plures dentur Mecœnates. Geome
tria cum hæc dicerentur,forte aſtabat.Et quoniam uos
inquit,o aſtrologia & aſtronomia, cauſam ueſtrã eru-
dite,ſimul & eleganter egiſtis,rogo mihi quoque pote-
ſtas dicendi,ſilentibus uobis fiat,ut bonæ mentis iuue
nes,

nes, & doctrinæ cupidi, nec me a nobiliſſimo ſcientiarũ genere degeneraſſe intelligãt. Quare quũ ea ſim, quæ mallem eſſe q̃ dici doctrina pulcherrima & utiliſſima, nolo in meã ipſius laudẽ oſtentabunda multis uerbis uti, ſed illorum teſtimoniũ de me in medium adducã, quos doctiſſimos & ſapientiſſimos, doctiſſimi & ſapientiſſimi uiri iudicarunt. Pythagoras igitur, cuius ſapientia ipſius ſæculum mirifice illuſtrauit, me adeo probauit & admiratus eſt, ut dicatur ob inuẽtas quaſdam figuras meas, modo dijs ſacrificaſſe, non uulgariter, ſed adhibita illa celebratiſſima hecatombe, modo ut inſanus diu exclamaſſe, ἕυρηκα, id eſt, inueni. Itẽ Plato, quẽ a quadam ſapientiæ diuinitate, diuinũ doctiſſimi uiri appellant, ſcholæ ſuæ inſcripſiſſe traditur, ἀγεωμέτρητος οὐδεὶς εἰσίτω, id eſt, nemo geometriæ ignarus ingrediat. Et Xenocrates iuueni cuidam, eiuſdem ſciẽtiæ experti, & ipſius ſcholã frequẽtare cupienti, dixiſſe ſe lanas nõ purgare, nimirũ hac ductus ratione, quod humano generi nihil geometria magis neceſſarium ſciet. Nam niſi ego omnẽ ædificandi artẽ hominibus demõſtraſſem, uixiſſent plane ut bruta anĩalia, omnes ſub diuo abſq; tectis, quod miſerrimum eis proculdubio fuiſſet, a quo mea ſolius prouidentia liberati ſunt. Neq; enim oues mihi, licet earum quoq; lana homines tegat (ut quædã alia) anteponendæ ſunt, nã ego & ouem, & lanã ipſam tego & conſeruo. Sed hãc Platonicam ſententiã aliqui,

& quidẽ docti, non ſimpliciter intelligũt,ſed ad allegoriam trahunt, ut dicant Platonem,nomine geometriæ æquabilitatẽ, ſiue æqualitatẽ omniũ rerũ intellexiſſe, ideo quia ab æqualitate geometria nũq̃ recedit,id qđ cum primis eſt laudandũ & expetendum.Nam maxima uis eſt æqualitatis, & apud deum, & homines. Si enim deus æquum omniũ iudicem ſe non præſtaret, tam miſera eſſet bonorũ & piorum, q̃ malorum & impiorũ ſors,& nec uirtutibus ſua ſolueretur merces, nec punirẽtur uitia. Apud homines uero, ubi abeſt æqualitas,ibi adeſt magna confuſio,innumeras ingenerans peſtes,ut auaritiam,dolum,fraudem,& id genus alias, quas longũ eſſet recẽſere. Vnde tũ ab ipſo Platone,tũ ab aliis omnib⁹,illud Heſiodi Poetæ approbatᷣ, πλέον ἥμισυ τοῦ παντὸς,id eſt,dimidiũ plus toto, quo Poeta nihil aliud ſignificauit, q̃ æqualitatẽ præferendam eſſe auaritiæ.Porro cõmunitas illa quã Pythagoras in amicitia poſtulauit, nõ niſi æq̃bilitas intelligẽda eſt, aſtipulante ipſo Platone,ſic ſcribẽte in ſexto de legibus,ἰσότης φιλίαν ἀπεργάζεται,id eſt,æqualitas amicitiam facit. Iam uero inter om̃es aliarum diſciplinarũ ſectas, magna &

Diſſenſio Theologorum.

diuturna ſunt certamina, ut apud Theologos Thomiſtis nõ bene cõuenit cũ Scotiſtis,& de diuæ uirginis cõceptione longe maxima inter eos eſt diſſenſio, quæ aliquibus in locis(nõ adeo theologice) uſq; ad arma proceſſit.Cui malo ut adhiberetur remediũ,ſummus Pontifex

tifex imposuit eis silentiũ, mandauitq; ne amplius hac de re disputent. Ideoq; quia publice bellum gerere per censuras apostolicas amplius nõ licet, res agit᷑ pugnis domi & secreto, nec adhuc Benedictini fratres Bononiæ tabulam illam sustulerũt, in qua infinitæ & omnes uariæ opiniones hac in re, maiusculis literis inscribunt᷑, Vt cõstet scilicet omnibus Theologiam nobis esse cõtrariã. Hæc de antiquioribus. Nuper uero reperti sunt nescio qui, qui nouũ testamentum maximis ERASMI nostri laboribus & industria æditum, & ab om̃ibus uere doctis approbatissimũ, damnare sunt conati, id est, Christum, Euangelistas omnes, & Apostolos incorruptius & aptius nobis, q̃ antea loquentes lacerare. Itaq; isti non tam Theologi meo iudicio, q̃ iniquitatis filij uocandi sunt. Porro inter Philosophos non solum magnæ, sed etiam pestilentes, & plane damnandæ dissensiones sunt. Vnde prouerbium quoq; natum est, Facilius inter horologia, q̃ inter philosophos conuenire. Nam unus bonus & pius, deũ esse credit. Alter peruersus & impius, deũ esse negat, & atheus potius, q̃ pius dici uult. Vnus prouidẽtiã dei magnis & ueris rationibus astruit, Alter friuolis argumẽtis tollit. Vn⁹ de causis naturalibus sapiẽter & aperte disputat, & multa clare demõstrat, Alter nihil cõprehẽdi posse cõtendit, qđ ἀκαταληψίαν uocat. Et ut hæc fatuitas sit apertissima, noua producit placita, quibus docet niuem esse atrã, & remũ in aquã

mum in aquam iniectum, quia fractus apparet, & nõ
est, arguere humanũ uisum hebetem & incertum. Et in
terrogati aliqua, illico respondẽt, ἐπέχω περὶ τούτου καὶ
διασκέπτομαι, id est, cohibeo assensionem, & rem consy
derandam duco, unde & cõsyderatorios philosophos
quidam latinorũ uocant. Hinc unus in epigrammate,
apte in Pyrrhonem mortuũ, huius sectæ principem io
cat', his uerbis interrogãs, κάτθανες ὦ πύῤῥων, id est, obijsti
ne o Pyrrho? Respõdet ille mortuꝰ, ἐπέχω περὶ τούτου, id
est, assentiri nequeo. Porro inter iuriscõsultos tam ma-
gna est discordia, ut indoctus omnino habeat', qui nõ
dissentiat ab altero. Hinc etiã ꝓdierunt illa nimis ingẽ
tia uolumina Bartholica & Baldica, Ioannis de Immo
la, Pauli de Castro cũ Saliceto. Et inter illos istoꝝ lõge
clarior est eruditio, qui Bartholũ & Baldum ex diame
tro (ut aiunt) dissentientes sciunt cõcordare, ꝗ̃ qui Vl-
pianum & Paulum puram ueritatẽ, reiectis strophis
loquentes intelligunt. Atqui unus inter istos repertus
est, qui lineam trãsire, & sua egredi palæstra ausus est,
nec a suis modo dissentire, sed etiã inter oẽs etymologi
stas discordiam seminare. Is enim dicẽdi quoq; artem
professus, ambiuit legationem ad sacratissimũ MAXI
MILIANVM Cæsarem, eloquẽtiæ ostentandæ causa.
Et quũ in sua ad eum oratione, totus in genere laudati
uo uersaretur, cœpit & a nomine Maximilianũ in cælũ
laudibus tollere, asserens, & alta uoce tonans, unũ hoc
nomen

Discordia iuriscõsul-torum

Facetum

nomē Maximiliani, a duobus maximis nominibus cō positū, ſcilicet, inquit ille, maxim. a Maximo Fabio, mi lianus, ab Aemylio Scipione. Vtcūq; eſt, res proceſſit bene, ille laudatus eſt ab omnibus, & oratio in uulgus eſt ædita, Etymologiſtis duntaxat rem improbātibus, non modo quod grāmaticis ſuis rationibus mouerentur, Maximilianū ſimplicem eſſe dictionem, ſed etiā quod ægre ferunt ex duobus maximis Imperatoribus unum fieri Maximilianū Cæſarem, ideo quod is illis etiam quantūuis maximis, longe eſt maior, nam illorū dignitas tēporaria fuit, huius uero ꝑpetua eſt. Sed hoc fortaſſe illum iuriſconſultū latebat. Præterea inter medicos pernicioſiſſima eſt diſſenſio, de herbarū (quibus maxime utuntur) cognitione, & de confectione illius celebratiſſimi & ſalutiferi in primis medicaminis, quæ theriace dicit̄. Hæc ut tollatur, maxime intereſt humanæ uitæ. Nam aliqui dicūt theriacē ideo nominatam, quod tyri animalis morſibus medetur, & ſcribūt tyriacam. Aliqui negāt tyrum eſſe animal, & apud Galenū non tyri, ſed theres legendū eſſe, & ἀπὸ τῶν θηρῶν, id eſt a feris theriacen uocatā (quibus aſſentior) & θῆρας a Galeno accipi pro ſolis uiperis, qđ mihi non perſuadent, quod nuſq̄ legi apud Græcos θῆρα pro uipera, quibus θὴρ generale uocabulum eſt omniū ferarum, nec ex ſola uipera cōpoſitam credo theriacen. Sed hanc quæſtionem ſorori meæ arti medicæ, & Linacro eius ꝓfeſſori

peritiſſimo diſcutiendã relinquo. Nã quæ Philippus Beroaldus in ſuis in Galenum annotationibus, hac in re ſcripſit, parum probo. Necq; enim tractat fabrilia faber, nec Beroaldus eſt in ſua palæſtra. Nicolaum uero Leonicenũ, uirum undecũq; doctiſſimũ (in cuius morte omnes literæ maximã fecere iacturam) aliquid ſuper hac controuerſia dignũ eruditis auribus, ſcriptum reliquiſſe puto. Solebat em̃ uiuus acutiſſime de hac re diſputare, & cõmunem omniũ recẽtum medicorum, græce nõ intelligentum, in theriace ægrotis miniſtranda, opinionem damnare, ideo quod minus recte ab eis cõficeretur. Quod cum illi audiſſent, inſurrexerũt in eum gladijs & fuſtibus, ſed quũ prodijſſent in conſpectum, & fuſtes abijcere, & gladios in uaginas reponere ſunt coacti, nã oĩa arma ceſſerũt illi⁹ uiri rationib⁹ & doctrinæ. Verũtamẽ (quod mirũ dictu eſt) illi recẽtiores medici non potuerunt adduci, ut ſequerẽtur quod probarunt, etiam ratione impellente, ſed maluerũt uti ſuo antiquo mupſimus potius, q̃ illius, immo ueritatis ſumpſimus. Cuius rei cauſam, quũ ego quoſdam amicos meos, Leoniceni ſcholã frequentantes, interrogaſſem, Nolunt, inquiunt, iſti medici aromatarijs eſſe damno, quorũ iactura eſſet ualde magna, ſi abijcerent antiquã theriacen, cuius maximã habent copiam, & uterentur hac confectione noua. Et fortaſſe conuentum eſt inter illos & medicos, ut (ne fiat) pars lucri diuidatur. Omnẽ

rem

rē nūc inquā ego intelligo, hæc faba in te & me, & alios ægrotos cudetur, quos aromatariorū perfidia, & malorum medicorū ignorantia & auaritia impune occidet, & (quod ridiculum est) mortē nostram magna emere pecunia compellemur. Dissentiunt etiam hi in diesi arteriæ, motum habitumq; febris demonstrantis, uidelicet ridente Auicenna Galenū, diesis inuentorē. Ego tamen ingeniū laudo Galeni, q id tētauit, ideo qđ puto posse fieri, ut deprehēdat᷑. sed si Galenus eā re uera deprehendit, illū nō imperitiorē musices, ꝙ artis medicæ fuisse iudico. Est em̄ hæc res ꝙsimillima illi subtilitati, quā musici acutissime indagarūt in ꝓportionū suaꝝ inductionib⁹. Dissidēt & musici inter se, & quidē subtiliter. Aliqui unius cōsonātiæ suauitatē & pfectionē, aliq alterius extollētes. tū uero, qđ difficilius est, rationē huius rei indagātes, quā haud dubie musici huius tēporis nō sūt inuēturi, nisi græce docti, ad bibliothecā summi Pōtificis accedāt, ubi (ut dictū est) multi sunt in re musica optimi libri. Ceterū hoc ausim dicere, nostros Britānos musicos, maxima ingenij subtilitate (si quis acuti⁹ rem introspiciat) illas quas uocāt ꝓportionū inductiones, inuenisse, & hac una re oēm antiquitatē superasse. Sed e diuerso illud miror, magnā ptē illoꝝ nescire qđ sciūt, & scire qđ nesciūt. Iā uero quāta sit inter astrologos & astronomos (q̄s sicut in cōsensu, ita & in dissensu copulabo) rixa, demōstrat Plini⁹ i historia naturali, Dissensio Astrologorum

quũ ait, harum artium inconſtantiã arguere ipſas eſſe nullas. Inconſtantia aũt apud hos eſt hæc, quod unus alterius præceptis nõ ſtat, ſed hic in omni loco uult præ ſcire futura, ille nihil tẽtandũ cenſet, niſi in ſuo orizon/te & climate. His addam arithmeticos, quorum hic eſt ἄσπονδος πόλεμος, & implacabile bellum, uter numerus, par an impar, alteri ſit præferendus. Nam unus, numero, inquit, deus impare gaudet. Alter hoc dãnat ut poeticum, & tollit ultra ſydera, ſenarij numeri paritatem, ideo quod deus opus ſuum diuinũ ſex diebus (de quo alibi dicetur) compleuit. Quid de oratoribus loquar? quorum tanta eſt inter ſe diuerſitas, ut ex illis decẽ clariſſimis græcis, nullus eodem dicẽdi genere ſit uſus, ſed hic uehemens & terrificus, ille ſimplex & ſuauis, alius ciuilis & acutus, alius deniq; aliud (quod maxime approbauit) dicendi genus delegit. At hi non modo in dicendi generibus inter ſe diſſenſerũt, ſed etiã turpiter in fide erga patriã oſtẽdenda. Nã reperti ſunt quidã, qui quũ in ardua cauſa, honorem & cõmodum patriæ tangẽte, publice eſſet orandum, prodierũt in publicum, collo & ceruicibus lana obuolutis, ut declararent populo ſe anginam (morbũ gutturis) pati, & ob id non poſſe loqui. Quam technam aduerſarij eorum illico odorati, Vos inquiunt, non anginam, ſed argyranchinam patimini, tranſlato morbo in pecuniæ largitionem. quã illi reuera acceperant, ut poſtea ſe iactarũt, plus accepiſſe ut tacerent.

Diſſenſio Arithmeticorum.

Oratorum diſſenſio

Facetum

cerent, quam alios ut loquerentur. Ad ultimum, de grammaticis (adeo in omnibus & uerbis & dictionibus dissident) piget loqui. Nam aliqui admittunt uerba neutralia, aliqui excludunt. Aliqui diphthongos in scribendo apponunt, aliqui detrahunt. Aliqui in scribendis dictionibus duplicibus utuntur literis, aliqui simplicibus, adeo ut in ipsa quoque litera scribenda, dissensio sit inter eos, qualis est inter omnes & Aldum solum, in scribenda causa, nam is solus alteram addit s. Sed ut apertius ista intelligatis, nuper quum Paulus Bombasius, & Richardus Paceus de literis disputarent, casu inciderunt in orthographiam. Hic Paceus interrogat Bombasium, qua ratione fit, ut felix, ceterum, questio, scribantur a plerisque cum primis doctis, cum græca diphthongo, & uerbum considero, cum y. Respondit Bombasius se nescire, addit Paceus se ignorare. Nec ullus, inquit, grammaticorum poterit mihi persuadere, ullam dictionem aut uerbum mere latinum, id est, nullo modo ex græco deductum, admittere græcas diphthongos, uel y. quamque de considero magis dubito, quod uideo ERASMVM nostrum sic scribere, & MORVM in castigata manu sua Vtopia, deleuisse i, & apposuisse y, in considero. Istud inquit Bombasius, aliquid est, quod illi peritissimi amici nostri sic scribunt, sed quid sit nescio, ego non sic scribo. Sed inter loquendum inquit, Pacee, illud mihi in mentem uenit, felix nullam omnino admittere diphthongum,

Dissensio grammaticorum.

Faceta.

gum,nam memini me Romæ in antiquissimis marmo
ribus,absq; diphthõgo scriptũ sæpius uidisse. Deamo
te, inquit Paceus,mi Bombasi,de istis marmoribus an
tiquis.Quippe quibus ego longe maiorem fidem, q̃
omnibus recentioribus grãmaticis adhibeam. Nam si
cut in hoc erratũ est,idem in reliquis quoq; accidisse po
tuit,& nihil nobis præter aliquod antiquũ marmor de
est,ad intelligendã ueritatem.Nam & marmor docuit
Angelum Politianũ scribere Vergiliũ, & nõ Virgiliũ,
qđ in usu qngẽtis ante annis fuerat. O q̃ marmoribꝰ
debemus.Sed pergamus ad reliqua. Iampridẽ Paceus

Quid sit bulla papalis.

grãmaticum,in uia publica sibi occurentem,interrogat
quid sit bulla papalis. Tũ grãmaticus paulisper apud
se cogitans,& suspicatus in re trita aliquid esse scrupu-
li,Nõ succurrit,inquit,in præsenti, sed recta ibo domũ
& uidebo quid sit,in meo Catholicon,& cras hunc no-
dum tibi soluã. Placet, inquit Paceus. Verũ interim ti-
bi(si ita uidebitur)uolo meã opinionẽ aperire.Dic,in-
quit ille,libẽter audiam.βουλή,inquit Paceus,id est,bule
Græcis dicit̃ & consiliũ,& locus in quo cõsultat̃ (q nũc
nouo quidẽ,sed nõ inepto uocabulo cõsistoriũ uocat̃,
a cõsidẽdo)sed Latini more suo mutata e in a,bula di-
xerũt,ut fit a rhetorice & rhetorica.Et quia omnia sum
morum Pontificum decreta,nõ nisi suprema autorita-
te & consilio,tum illorum,tum totius sacri collegij ema
nant,nec emanare debẽt,hæc omnia decreta,quæ in li-

teris

teris apostolicis continentur, signo plumbeo roborata, bulæ nominatæ sunt, ac si diceres cõsilia ipsa perfecta, uere sancta, ecclesiastica, & ab ipso Christo proficiscentia. Atq; hinc est, quod nulli hominũ liceat has infringere, citra periculũ animæ damnandæ, Immo nec ipsis Pontificibus acta decessorum suorũ rescindere, nisi nauicula Petri periclitetur, & ingruat bellum, ut nunc est. Nam tũc licet & bulas cõcessas reuocare, & omnia aliorum acta rescindere, ut decima uel duodecima exigat ad defendendam ecclesiasticã libertatem, cõtra Christi & ecclesiæ hostes, & iniquitatis & perditionis filios, qui uidentur quotidie pullulare. Sed uos grãmatici addentes ignoranter alterã l, & ex bula facientes bullam, effecistis, ut nec illi qui quotidie scribunt bullas, intelligant quid sit. Ita ne? inquit grãmaticus, Tu nõ nos solũ, sed etiã ipsos summos Põtifices, ignorãtia notare uideris. Non, inquit Paceus, nõ tam insanio, ut aliquẽ summũ Pontificẽ, cũ infimo grãmatico cõiungendũ putem, immo nec uerbũ factum est de Pontifice. Fateor, inquit ille, sed grãmatici quoq; suum habent acumen. De scriptoribus bullarũ es locutus, & licet summ9 Põtifex nõ scribat, cõmittit tamẽ ut scribantur, & qui per aliũ facit, per seipsum facere uidetur. Quid, inquit Paceus, hoc leguleiũ est? Studes ne tu legibus inscijs omnibus, sicut grãmaticã publice ꝓfiteris? Nõ sum, inquit ille, iurista, sed hoc qđ dixi, notaui ut ꝓuerbiũ, & omnibus in ore.

Credo

Credo, inquit Paceus, tibi (si Musis placet) de prouerbio, scio tamē non esse Erasmicū, Sed ad rem. Acumē tuū o grāmatice, quod mox ostentasti, hebetabo si potero, immo tollam & subuertā. Nam ego nec uolui, nec potui aliquid in summū dicere Pontificē, ideo quod quæ audisti oīa, scripta mihi fuerūt sede uacāte. Ad hoc, longe est a me alienissimū, ut uel male cogitem de summo (qui nunc uiuit) Pontifice. Quippe quem noui optimum & sanctissimæ uitæ cardinalem, maximo omniū consensu, in Pontificem maximū electum, nulla largitione, nulla symoniaca labe interposita, a maximis periculis, dei solius prouidentia cōseruatum, inuictissimo Regi meo clarissimū patrē, de me deniq; ipso optime meritum. Interea dum hæc Paceus est locutus, grāmaticus uidebatur serio studere & meditari, & tandē euomuit illud. Scio, inquit, nunc Pacee, quare in bulla altera l. addita fuit. Quod bonū, faustum, felixq; sit, inquit Paceus, Dic rationem. Sicut, inquit, religio modo cum una l. modo cum duabus (teste Seruio) scribitur, ita potest scribi & bulla. Scio, inquit Paceus, Seruiū aliquid tale in religio notare, causa carminis, sed de latina, non græca dictione loquitur. Perge, perge ad tuum Catholicon, nam hoc totum, quod tam serio a tam longo studio & meditatione effutiuisti, nihil est. Tum grāmaticus recedens, & apud se sursurrans, Maledicaris, inquit, tu cum tua bulla, quæ me uituperauit in media uia.

Laus summi Pontificis.

Maledicaris barbare.

Omnes

Omnes,inquam,omniũ aliarum ſcientiarum profeſſo res,inter ſe pertinaciter cõtendunt. ſed geometræ a ſua quæ omnia poteſt æqualitate,nunq̃ recedunt, nec aliquod unq̃ de illa inter ipſos oritur certamẽ,ſed potius contrariũ accidit,ut tum maxime & merito cõtendant, quũ aliquid eſt inæquale. Nam ſicut in rebus humanis quando ſanctarũ legum æquabilitatis (quæ iſonomia dicitur)nulla geritur cura,nec pauperi permittit᷑ ſua uti mediocritate,ut diuiti ſua effluere luxuria, maximi inter populum concitãtur tumultus,ita apud geometras ſi ſemel ab æqualitate diſcedit᷑,oĩa ſubuertũtur & pereunt. Nec quẽq̃ in admiratione trahere debet, quod a Plinio meo iuniore ſcriptũ eſt,nihil eſſe tam inæquale,q̃ æqualitatem ipſam. Is enim illos damnat,quorũ numerus eſt æqualis,ſed non prudentia. Nã de iniqua loquens condemnatione,his utitur uerbis. Hoc pluribus uiſum eſt,numerãtur enim ſententiæ,non ponderantur. Nec aliud in publico cõſilio poteſt fieri,in quo nihil eſt tam inæquale q̃ æqualitas ipſa. Nam quũ ſit impar prudentia,par omniũ ius eſt. Hinc eſt quod quidam ſapientiſſimi uiri,reiectis quibuſdam alijs ſciẽtijs, (quas nominare nolo)me præcipue in ciuitate ſua doceri uoluerunt,ut adoleſcentes æqualitati aſſueſcerent, qua in rebus humanis nihil poteſt eſſe conducibilius. Quinimmo & deus ipſe,quũ uult hominẽ demonſtrare,inſigniter bonum & honeſtum,ex me ſumpta meta

Similitudo.

phora, templum suũ appellat, ut in scriptura, Templũ dei estis uos. Quocirca non est mirum Platonẽ dixisse ipsum deum γεωμετρεῖν, id est, esse geometram. Sed de mysticis meis bonis satis est dictum, aggrediar iam illa quæ apertiora sunt, & magis trita. Meus alumnus fuit Archimedes ille Syracusanus, quo natura nihil mirabilius fecisse dicitur. Is enim primus omnium quadraturam circuli inuenit, quam Aristoteles omnis doctrinæ uberrimus fons, ignorasse se fatetur. Eundem sphæræ quoq; inuentorem aliqui tradunt. Sed scientia geometrica præcipue & mirifice floruit, adeo ut pene uires humani ingenij lõge superent, quæ ab eo facillime omnibus spectantibus, facta fuisse constat. Solebat enĩ (qđ & Titus Liuius notat) omni quantumuis graui mole, in aere ceu pila ludere. Quomodo, nescio qui, his uestris temporibus polliciti sunt maximis Põtificibus, se facile de loco, in quo sita est, in aliũ trãsportaturos illã ingentẽ pyramidẽ, quæ adhuc Romæ uisitur, & in cuius summo, urna est affixa, Iulij Cæsaris cineres, ut imperiti sed non docti, credunt, cõtinens, quæ acus sancti Petri, quod tendat perpetuo in acutum, uulgo nominatur. Sed nullus eorum quod promisit, persoluere potuit, nimirum ób imperitiam doctrinæ geometricæ, quam magis ostentarunt q̃ norunt. Sed redeamus ad Archimedem. Quum ciuitas Syracusana ab hostibus obsideretur, naues hostiles mirãda arte, id est, geometrica,

trica, in ciuitatẽ nullo negocio traxit. Ego enim illa sum quæ machinas aptas ad remouẽdas & transportãdas haud difficulter quãmaximas moles, excogitaui. Ego tecta, fastigia, culmina supstruere, lapides adaptare, trabes mira arte ad mẽsurã (unde nomẽ mihi est, Latinis em̃ metiendi scientia uocor) cõiungere docui, quibus rebus nõ solũ uniuerso generi humano prosum, sed deũ quoq; ipsum, & oẽs cælites honoro. Quippe quũ nullũ templũ, nulla ædes, nullũ sacellũ, his nisi me ministra, cõstruatur. Nec solũ ædificandi uiam doceo, sed etiã bene ædificãdi, adeo ut obstructis artificiose, uel minimis rimis, nunquã in eorũ capita possit pluere uel ningere. Quod si aliquãdo accidit, id nõ mihi imputãdum est, neq; bono & perito architecto, sed malo & indocto sacerdoti, q mauult sacrã ædẽ, una cũ sancto, cui est dicata, æquatã uidere solo, quã uel obolũ ad eam tẽpestiue instaurandã insumere. Sane notãdum est, Archimedẽ nõ minus in me dispexisse diuinitatis, quã Platonem, dicentẽ deũ esse geometrã. Nam is capta ciuitate sua, ipsi uitæ figurã geometricã anteposuit. Erat em̃ adeo oculis, animo, & cogitatiõe, quibusdã suis descriptis in puluere lineamẽtis intẽtus, ut nec discurrẽtes hostes, nec captã ciuitatẽ senserit. Quũ uero repente miles quidã nequissimus astitisset, iussissetq; ut sese ad M. Marcellum Romanorum Imperatorem sequeretur, (qui iam iusserat, ut uni omnino Archimedi, doctrinæ causa parcere Iocus

tur) morari paululum rogauit, donec rem propositam inuestigaret. Quo cótemptu percitus miles, stricto gladio eum perfodit, Imperatore tamen ita ægre id ferente, ut dicatur maiorem dolorem de illius morte, q̃ gaudium de capta urbe cócepisse, adeo omnẽ dignitatem suam, honorem & gloriam nobilissimæ doctrinæ post habendã iudicauit. At dixerit quispiam, o Geometria, quis est q te hodie ꝓfitetur? neglecta uideris ab omnibus fere. Fateor, inquit Geometria, uel nullos, uel ꝑpaucos his diebus me ꝓfiteri. Atq; id merito, ideo quod nõ intelligunt uel minimã partem illorum, quæ de me antiqui posteris tradiderunt. E quorum numero est Euclides, cuius ingenij clarissima adhuc extant monimẽta. Verũ enimuero illud insigniter est in me spectãdum, quod nescientes, imprudentesq; me homines utuntur, quodq; ego (quæ mea est erga humanũ genus humanitas) facile passa sum, ut ex singulari scientia & doctrina, in usum quotidianum, & experientiam cõuerterer. Sententia. Quo factũ est, ut uiluerim magis, nam assiduitas experiendi, paulatim subtrahit admirationis incitamentũ. At uobis o probi & studiosi iuuenes, nõ tã quod est, q̃ quod esse debet, est cõsiderandũ. Nã si oĩa bona, quæ humana negligentia in deterius abierũt, penitus negligerentur, perirent nimis cito uirtutes omnes, & humanum genus a bestijs nõ differret. Proinde nihil est hominibus cõueniẽtius, q̃ ut in id totis uiribus incũbant,

ut omnia

ut omnia præclara, in quibus primũ locum obtinet doctrina, restituantur, nec sinant illa perire bona, quibus solis homines fiunt, & brutorum feritatem exuunt. Antiquitus quando tam magna erat sapientum copia, quã nũc est inopia, diligenter sunt intuiti, quantũ ego in cõmune omnibus hominibus prosum, & fructum longe pulcherrimũ & utilissimũ ex me prouenie͂tem (de quo paulo ante locuta sum) maximi fecerũt. Ac ut debitum nomini meo honore͂ non detraherent, me inter mathemata primã (absit arrogantia uerbis) numerarunt. Mathemata autem sunt doctrinæ & scientiæ per excellentiam nominatæ, eo qđ sunt claræ, alijs multo certiores, atq; omni numero perfectæ. Quũ hæc nouissima uerba altiori uoce, & rotundo ore pronũciarentur, prodijt in cõspectum Arithmetica. Et quia de numero, inquit, nõnihil audiui, non possum me cõtinere, qn me quoq; aliquid inter scientias esse ostendam. Est enim mihi numeralis uel numerãdi scientia, latinũ nome͂, Græce uocor Arithmetica, quo nomine Latini libentius utunt̃ quã suo. Illud autem aliud nomen, quo ignari literaturæ græcæ, immo latinæ, Arsmetricam me uocant, quum nec græcum, nec latinũ, sed plusquã barbarum, & plane ociosum sit, non agnosco. Discant itaq; nunc Arithmeticen me uocari, & præteritum errorem condonabo. Ac nomine meo recte cognito, de uiribus & potentia mea pauca differam, ut quomodo ex ungue totus (quod dicisolet)

Fruct⁹ geometriæ, æq̃litate͂ seruare, & cõmode habitare.

Arithmetica loquit̃.

 ci solet)

ci ſolet)leo cognoſcitur,ſic & uos ex paucis,quæ profe-
ram,animo uidere & complecti reliqua poſſitis. Con
ſiderate igitur,o optimi iuuenes,nihil eſſe, ſiue in diui-
nis,ſiue in humanis rebus,quod ad numeros, ex qbus
equidem tota conſto,non refertur. Deus eñ ipſe, quē
ſiue ut unum, ſiue ut omnia,ſiue ut unum & omnia(id
quod eſt)cōtempleris,meam ornat unitatē. Vnde qui
dam philoſophi, monada illum nominarūt. hinc etiā
illud apud græcos effluxiſſe uidet̃, ἓν τὸ πᾶν,id eſt,unū
& uniuerſum idem eſſe.Non imperite igitur ſenſerūt,
qui numerum omnia complecti contenderunt, a qui-
bus Pythagorici non uidentur diſſenſiſſe. Vt qui quo-
ties aliquid ſanctius & religioſius affirmare uoluerūt,
hoc iureiurando uti ſint ſoliti, μὰ τὴν ἡμετέραν τετρα-
κτὺν,id eſt,nō ita eſſe noſtrum iuramus numerum qua
ternarium.noſtrum ideo uocantes,quod ei omnia tri-
buerent,nimirum quatuor elementorū uim,ex quibus
omnia conſtant,intuentes & ſuſpiciētes.Præterea in fi-
gura quadrangulari, neſcio quæ admirāda inuenerūt
myſteria,ad ſanitatem humani corporis tuendam con
ducentia.Porro ternariū numerum,nō ſolum philoſo
phorum acuta ingenia laude extulerūt, & cæteris ideo
perfectiorem iudicarūt, quod principium, medium,&
finem contineat,ſed ipſa quoq; diuina & indiuidua tri
nitas,incōparabile illi ornamētū affert. Ad hoc,quina
riū numerū,quinq; noſtri humani ſenſus,& qnq; digi
ti, tam

ti,tam manuũ q̃ pedum,conſpicuũ reddunt,ſicut & ſenarium quædam perfectio,quæ in alijs numeris nõ reperetis. Perficitur enim ſuiſmet partibus in ſummã ductis,id eſt,uno,duobus,& tribus.Atq; hinc eſt, qđ deꝰ ipſe(ut ſacrarũ literarꝶ autores ttadunt)illa ſua diuina in mundi creatione opera,ſex diebus cõpleuit.Nam in ſeptimo requies dei cõmendatur,denotãs illam ſempiternam requiẽ,omnibus bene, & ex præceptis Chriſti uiuentibus,ab imortali deo repoſitã.Eſt em̃ & ſeptenarius perfectus quidẽ,ſed alia ratione. Nam ex ternario toto impari,& quaternario toto pari conſtat,& ideo ꝓ uniuerſo ſæpe ponitur in ſcriptura ſacra,teſte diuo Auguſtino.ſicuti eſt,Septies cadet iuſtus,& reſurget,id eſt quotieſcũq; ceciderit,nõ peribit. Et,ſepties in die laudabo te.qđ alibi alio modo dictum eſt,Semper laus eius in ore meo. Huic deniq; ſeptiformis illa diuina gratia, nihil nõ tribuit. Item octonarius numerus ſuperbum uendicauit ſibi ꝓuerbiũ,& uult ut omnia dicanť octo. Græce em̃ dicitur ἄπαντ᾿ ὀκτώ.ſed unde hoc adagiũ ductum ſit,ignoramus & nos,una cũ ERASMO uiro doctiſſimo,& ꝓuerbiorũ patre.Et donec inueniamus meliora,credamus his quæ ipſe in ænigmate diuinauit, & interim rideamus una cum illo Heliogabalũ Imperatorem,qui huic prouerbio omnia tribuẽs,ſolebat ſimul ad cœnam inuitare octo canos,octo luſcos,octo podagroſos, octo ſurdos, octo nigros, octo prælongos, & Ridiculũ.

octo

octo præpingues, hoc uno errās, ꝙ magnus princeps, octo quoq; morionū, & totidē scurrarū sit obitus. Est & alijs quoq; numeris sua proprietas & in proprietate pfectio. Nā in me, quocūq; te uertas, nihil, nisi quod uel hac, uel illa ratione perfectū est, uidebis. de quibus in præsentia ideo tacebo, quod Paceus constituit longe plura exactius de numeris scribere, ad quam rem pficiendam, multa iam in collectaneis parata habet. Interim autem illa uobis sufficiant, primo quod in laudibus ipsius dei dictū sit, non a quouis autore, aut quouis libro, sed ab ipso Salomone in libris Sapiētiæ, nō sine magna ratione & mysterio, Om̄ia in mensura, numero, & pōdere disposuisti. Deinde quod nihil potest doctrinam arithmeticam magis commēdare, ꝗ quod quoties uiri sapientes & docti uolunt aliquid ex omni parte absolutissimū esse demonstrare, nō possunt maiori emphasi & expressius id eloqui, ꝗ quum dicunt, id omni numero perfectum esse. Immo & natura ipsa docet quanti ego æstimāda sum, quippe quæ om̄ibus hominibus cupiditatē mei, id est, perfectionis, ingenerasse uidetur. nam pueri adhuc, quum per ætatem rationem iam gustant, ad altiora tendentes, a me incipiunt, & citra præceptorem discunt (ut Flaccus ait,) ludere par impar. Quanta uero perfectionis uis (cui ego dominor) sit, hinc patet, quod nullus unꝗ modo ingenium haberet, nisi in rebus optimis & excellentissimis eā quesiuit.

Fructus Arithmetices, semper respicere ad pfectionem.

ſiuit. Nam in malis, uel uilibus rebus eum querere, ſtulti, immo inſani eſt. Vnde Alexandri Magni iudiciũ uehementer eſt laudandũ, q unũ manu certiſſima & nunquam aberrante, grana ciceris in acum inſerentem, non niſi modio ciceris donabat, nempe deridẽs tantam in re tam parua & humili perfectionem, quod Plato quoque fecit in illo auriga, qui eo ſpectãte, nunquam aberrauit ab orbita. Cauete ergo o ſtudioſi adoleſcentes, ne fidẽ Lycurgo illi Lacedæmonio adhibeatis, hoc uno plane inſanienti, quod me, ceu turbulentã, e ciuitate ſua eijcien dam cenſuit. Nam is adeo erat legum formulis, controuerſijs, & litibus diſtrictus, ut me ne ſummo quidem digito unquam attigerit, & nihil omnino præter ſuas odioſas leges ſciuerit. Nec tam ratio illum quam inuidia ad iſtã iniuriam mihi inferendam concitauit. Semper enĩ mihi meam perfectionem inuidit, & quod uno modo, ſicut res diuinæ, ſemper me habeo, A quibus longiſſime ipſius leges abeſſe uidentur. Nam modo uetus lex habet locum, modo noua conditur, modo antiquata in multorum hominũ perniciem profertur. Inuidit mihi & ſimplicitatem, nam apud omnes gentes bis duo conficiunt quatuor ſine cõtrouerſia, ſed iuriſperiti Lycurgi diſcipuli, in ſingulis oppidis & ciuitatibus, unius quantumuis paucorum uerborum legis, innumeras excogitarunt interpretationes, & illa ſemper præualet, quæ citius loculos eſt oneratura. Vnde & inter Germanum

Arithmetica contra Lycurgũ legũlatorẽ.

Cōtētio inter Theologū & Iurisconsultū

Theologū & iurisconsultū iāpridē(ut audiui) maxima orta est contentio, in aula principis, Theologo in hæc uerba prorūpente. Istū, inquit, uersipellē, omniū legū corruptelā, & spoliatorē paupertatis, nō pudet laborare, ut mihi anteponat̃, & principē adeat, me excluso, q sacra imbut⁹ Theologia, nihil aliud tracto q̃ bibliā, & diuinos libros, Christū & eius Apostolos semp̱ in ore habeo, & uerbū dei ad populū prædico. Ad hæc iuriscōsultus, toruo uultu, & colaphos minitanti similis, Tace, inquit, in malā rē o Scotista, qd dānas leges, earūq̃ peritos? tu ille es q corrūpis populū, nō nos. tu Curios simulas, & bacchanalia uiuis. Spoliare populū uocas, mercedē magnorū capere laborū. De tuis sunt qui spoliāt populū, q postq̃ indixerūt bellū pecuniæ, amplissimas sunt cōsecuti diuitias. & ut suā manifestā faciāt hypocrisin, quia ꝓhibitū est pecuniā tāgere manu, dimissa manica tecta, uel in linea fasciola, uel sudario capiūt, si desit scilicet minister, cui licet eorū nomine, etiā nuda manu ingentē colligere thesaurū. Vnde Pōtifex Max. iāpridē prudētissime (ut oīa) fecit, q etiā a mendicantibus, decimā colligēdā decreuit. Quid tibi cū principe est agēdū? Princeps nec syllogismos tuos, nec quæstiunculas Scoticas nouit. Sine me adire, nec de Christo, nec de Apostolis nūc est loquēdū. Agit̃ causa utilitatis imꝑatoriæ, ignar⁹ es rerū, nescis uti foro, importunus esset accessus tu⁹. Hic theolog⁹, nō tā uerba q̃ uer-

bera

bera timẽs, erat pene extra se. Tum circũstantes, auda/ ciã & uerbositatẽ iuriscõsulti, omni præferẽtes Theologiæ, cœperũt ironice cõsolari Theologum, & illi præsertim, q opera iurisconsulti, in fraudulẽta lite indigebãt. O domine frater, hæc æquo animo ferẽda sunt, Hic est magnus uir, hunc princeps amat, qđ ipsius utilitati (cuius ratio semp habenda est) semp studeat. Tũ Theologus derideri se, & ludibrio esse oibus nõ ignorãs, retro/ cessit, & murmurãs apud se filios pditionis & satanæ, atq; oẽm psalmũ Deus laudẽ, in illos recitãs, cõiecit se in angulũ. Sed ad rẽ redeundũ est. Qui fieri potest, ut ego nisi per inscitiã, ceu turbulẽta male audiã? quippe quũ e cõtrario maximorum dissidiorum, in oibus locis tollẽdorũ, sim studiosissima, nã sæpissime (qđ scitis) in ciuitatibus, & alibi, grauissime de re pecuniaria, præsertim inter mẽsarios, dissensiones oriunt. Nec prius sedant, q̃ hic aut ille alta uoce clamet, Producãt libri rationũ, cõferant, cõputet. Quod simul atq; iuste factũ est, e uestigio omnis lis dirimit, nisi si q sunt, q malunt pugnare, q̃ soluere, cũ quib9 mihi nihil est cõmune. Ego itaq; nõ turbelas in ciuitatibus cõcito (ut Lycurgus putauit) sed sedo potius, & oia placo. Nec imerito libri mei, libri rationũ noiant, ideo, qa quãtũ ratio postulat, tãtũ unicuiq; tribuo. Ad hæc, quãto usui ego q̃tidie in uniuersum oib9 sim, nõ est op9 multis uerbis cõmemorẽ. Nemo est q nõ libẽtissime scire cupit sua expẽsa & accepta,

Libri rationum.

& qui per fortunas suas potest, unum aliquem in arithmetica expertum, etiam mercede conducit. cui si oblata merces exigua uidebitur, illico qui cōducit, blandis uerbis ultra mercedem, montes quoq; auri pollicetur, quorum tamen (quia animus uerbis nō respondebat) nihil unq̄ est præstiturus, sed fidelem ministrum, sectatorē meū, iuxta uulgatum prouerbium, tanq̄ perpetuario utitur asino, nisi si cui fœcundior afflarit fortuna. Ceterum huic plerūq; tota cura domestica cōmittitur, propterea qđ honesti & frugi homines habentur, qui mei sunt periti. Magni autē mercatores & mensarij, nisi tales multos domi nutrirēt, longe facilius, citiusq; q̄ nūc faciunt, decoquerent. Sed de his quæ domi fiunt, satis est dictum. Si peregre tibi eundum sit, a nullo xenodochio, aut iteneraria mā̄sione prius abire permitteris, q̄ uoceris ad calculum, & tūc nisi habeas aliquem mei callentissimū, maxima exhibebitur tibi molestia, ut taceā damnū. Hac in re non possum non laudare diligentiā Germanorꝝ hospitū, qui gypsum in loculis semper ad supputandū paratā habent, nec fere unq̄ aliud agunt, id quod hinc patet, quod mensas illorū semper gypsatissimas reperies. Hi & ludentes gypso utūtur. Hæc eñ notat quod lucri est, & quod perit. Comedūt deniq; & bibunt ad gypsum, nam omnes qui exhauriuntur canthari uini (qui multi sunt) cælo, ut ipsi aiūt, ita postulanre gypso signantur, itidem & fercula. Quo fit, ut ad

De gypso Germanorum.

gypsum

gypſum quoqꝫ ſoluatur, & gypſus recipientem lætum, numerantē uero triſtem reddat. Vt dicam in ſumma, nullus illic habetur frugi homo, qui nō habet gypſum in crumena, & ſi gypſus errat, mauult alieno damno errare q̄ꝫ ſuo. Verū nō omnes in numerandi ratione gypſo utuntur, nā apud hos calculi ſunt in uſu, apud illos ænea nomiſmata, apud alios calamus, deſcribens figuras numerarias, qđ genus nunc laudatiſſimū habetur, ſicut apud Priſcos ratio illa numerandi ꝑ digitos, quæ poſteriore ætate adeo exoleuit, ut æque uobis atqꝫ Paceo cognitā eſſe nūc iudicē. Illud ſolū, o iuuenes addā, ut diligēter attendatis, omnē perfectionem ex me procedere. quam ut omnes uos cum in me, tum omni alia doctrina & ſcientia aſſequamini, deū immortalem precor. Quū in hūc modum Arithmetice peroraſſet, ecce nobiliſſima Rhetorica, Vix tandem, inquit, & mihi meus erit dicendi locus, quanq̄ꝫ nec meus quidem, utpote ultimus, quandoquidem poſſem iure optimo primum mihi uendicare. Verum tam aliena ſum ab omni faſtu & oſtentatione, tantaqꝫ modeſtia prædita, ut æquiſſimo animo feram, omnes has ſcientias in ſemetipſis explicandis & ornandis, bonis meis, id eſt, arte dicendi & eloquentia uſas eſſe. Nulla etenim laus maior mihi tribui poteſt, q̄ꝫ qđ ſine me nemo poteſt laudari recte, uel Phædra Romano eruditiſſimo uiro iudice, qui per ſummā omniū auditorū admirationē, tot Max. Pon-

De Rhetorica.

De Phædra.

tificũ laudes eloquẽtissimis orationibus funebribus, la mẽtabiliter flens decãtauit, longe tutius existimãs lau/ dare mortuos, q̃ uiuos uituperare. Sũt & huic rei testi monio plurimæ in excellentes uiros & mulieres lauda tiones, uel (ut græco uerbo utar) encomia edita, quorũ nomina per me solam æternitate memoriæ sunt dona ta. neq; id adeo mirum. Quis em̃ (nisi ego propitia ad sim) scit nõ modo non laudare, sed uel unã hominũ au ribus dignã ꝓferre sententiã? Quis docet quid & quo/ modo dicendũ sit, præter me? Quis potest uel aliquid boni ꝑsuadere, uel mali dissuadere, nisi quẽ ego ita fa- cere docui? Testes sunt apud Latinos quidẽ Cicero & Quintilian9, qui meorũ erga ipsos beneficiorũ memo res (eorũ em̃ nomen apud oĩes illustrissimũ reddidi) præclaros ediderũt libros, cõmendationẽ & laudẽ mei maxima parte cõtinẽtes. Apud Græcos uero Aristote/ les ille orbis doctrinæ, tũ uero alij plurimi, q̊s studiose omitto, & præcipue Hermogenes, in cui9 anio (ut poe- ticũ testat̃ epigrãma) ipsæ Musæ ædibus suis expulsæ, domiciliũ sibi delegisse dicunt̃, Nimirũ eũ fortasse tan

Iocus de Ideis.

topere admirãtes, ꝙ quõ Plato in rebus diuinis & æter nis, ita is in reb9 meis ideas inuenerit. Est & hoc quoq; uobis, o iuuenes, penitius intuẽdũ, ꝙ patrũ uestrorũ tẽ poribus, q̃bus oĩa meli9 & prudẽtius regebant̃ q̃ nũc, summa rerũ in maximis imperijs penes solos erat ora tores, ut regnãtibus Atheniensibus penes celeberrimũ illum

illũ Demoſthenẽ,ut alios nouẽ taceã, Romanis uero, Ciceronẽ. quorũ non ſolũ eloquentia admirabilis, ſed etiã præſtãtiſſimũ ingeniũ, doctrina excellens, uita honeſtiſſima, mores deniq; laudatiſſimi fuerunt. Et cui unũ ex his deeſt, hunc ego in oratorẽ nõ admitto. Nec dubito quin eadẽ illis autoritas, noſtra quoq; tribueretur ætate, ſi non minor daretᷓ opera literis, q̃ indulgetᷓ uoluptatibus, nec maior corporis q̃ animi cura gereretur, adeo ut hodie quid ſit orator, uix intelligatᷓ. Nã ubi inueniuntᷓ hodie uiri boni, & dicẽdi periti? Sed dixerit hic aliquis, Si nõ reperiuntur, quõ ab eis nos regi uis? Fateor eſſe ꝑpaucos, quia tu uis, quantũ in te eſt, eſſe nullos. Nam hac ueſtra tempeſtate, nõ modo eloquẽtia, uerũ etiã aliæ artes ſunt cõſimiles alicui uili quidem, ſed raræ rei. quã ſi ſemihorã, plus minus, cõſpexerimus, in poſterũ nunq̃ uidere curamus. Quid cõmemorẽ, nihil unq̃ in reb⁹ humanis præclare ſimul & utiliter, niſi me duce & autore factũ. Nã ut prudentiſſimi uiri ſcribũt, nõ aliter q̃ eloq̃ntia & erudita uoce effectũ eſt, ut illi primi ĩcredibiliter rudes & agreſtes hoĩes, illis ruſticis exutis moribus, induerẽt ciuiliores. nõ aliter, ut in cœtus quæ ciuitates uocantᷓ, coirent, q̃ quũ uehemẽti ducerẽtur perſuaſione. non aliter, ut æquas leges admitterent, eiſq; parerent, q̃ quũ magnis ualidiſq; rationibus mouerentur. Sed alia omnia ſtudioſe pertranſibo, ut quædam altiora & diuina tangam. Conſide-

rate

rate igitur apud uos, non solum homines eloquentia usos esse, ad persuadēda omnia, quæ sibi necessaria uiderentur, sed nec Christum ipsum aliud ad fabricandā fidem suam, quū in terris esset, instrumētum tractasse, ut qui non solum sancta, sed etiam erudita uoce, in diuulgādis suis diuinis præceptis, sit usus. Vnde Iudæi, respondētis illius prudentiam (ut euangeliū tradit) sunt admirati. quod neutiquam fecissent, si inepte respōdisset. Quod si prudenter, sicuti fecit, est locutus, scitote hoc esse eloquenter loqui. Est enim prudētia, una de eloquētiæ comitibus, nec quicquam ab ea est alienius quam imprudētia. Porro est in diuo Paulo, græce scribente (quē etiam ciuitate Romana ERASMVS noster nuper donauit) eloquentia, si non fucata, apta tamen, tum rei, tū personæ. In Augustino uero & Hieronymo, magna & uehemens. Quamobrē uestrum est, si homines sequi in amplexanda eloquentia recusabitis, saltem ipsius Christi redemptoris nostri, & pientissimorū sectatorum eius, inhærere uestigiis, & eloquētiā existimare, omniū aliarum scientiarū lumē quoddam esse lucidissimū. Nam quid potest uobis prodesse scientia, quam proferre nescitis? proferre autē, pronunciare, & eloqui ego doceo. Et si cui hæc desunt, is in doctorum numerum referendus non est. nam libentius cum indocto homine colloquor, quam cū his qui duabus horis uix tria balbutiūt latina uerba, & ea male cohærētia, in quorū ore omnis uilescit

doctrina

doctrina, & deturpat. Qui & illi intolerabili uitio sunt obnoxij, quod malũt errorem suũ defendere q̃ emendare, dictitantes eloquentiã, uel non magni faciẽdam, uel nõ necessariam. Aduersus hos, diuturnũ & magnũ gerit bellum, Andreas meus Ammonius, qui incredibili sua eloquẽtia, in toto orbe Christiano, hoc nomẽ merito est assecutus, ut dicatur omniũ illorum esse excellentissimus, quicunq; sunt a secretis principum latine scribendis, uel iudice Paceo. Attente igitur, o iuuenes, paucis auscultate. Quibus, queso, rebus dignoscitur hominum doctrina? Profecto his duabus, uel uerbo, uel scripto, uel utroq;. Si uerbo, isti nesciunt loqui. Si scripto, minus sciunt scribere. Sunt ergo prorsus indocti, nisi mutam aliquam, & occultam habent doctrinam. Quæ si est, reijciendi sunt in Comicorũ κωφὰ πρόσωπα, id est, mutas personas, qualis est apud Terentiũ Dromo, qui nihil loquitur, præter ita & non, uel aliquid his simile, in morem istorũ qui sunt apud uos albimitrati patres, quoties latine conantur loqui. Cõmodum hæc dixerat Rherorica. Et ecce Grãmatica irata, furibũdaq; irruit in medium, parumq; abfuit, quin in faciem Rhetorices inuolaret. Ita ne, inquit, o loquacissima Rhetorica, tractor, tum a te, tum alijs scientijs omnibus? Est ne mei inter uos facienda mentio? sed spreta, cõtemptaq; extrudor foras, & ceu morbosa ouis reijcior a grege? Dic mihi, inquit Rhetorica, tu quæ nã es? Istud, inquit Loquitur grãmatica

Colloquium Rhetoricæ & Grammaticæ

Grãmatica, auctariũ est iniuriæ iam illatæ, quod nec me cognoscere uult, & nomen meum nescire se fingit. Quid tibimet garris? inquit Rhetorica, age dic nomẽ. Omittẽdum esset, inquit Grãmatica, quod scis, dicam tamen. Sum Grãmatica. Hoc, inquit Rhetorica, nõ sciebam, sed ita esse præsagibat animus, idcirco quod du/dum docuisse uideris, uel μῆνιν ἄειδε θεά, id est, irã Achillis, uel furias Aiacis Oilei, tu quoq; irata & furibunda. Mandrabuli more, inquit Grãmatica, iuxta prouerbiũ res mea succedit, nam huic etiã ludibrio sum. Absit, inquit Rhetorica, mihi quidem ludibrio non es, sed scis quid mihi risum mouit? Qui potero, inquit Grãmatica, scire quod tu cogitas? neq; enim diuina sum uates, aut spiritũ aereũ nutrio in ampulla. Illud, inquit Rhetorica, mihi in mẽtem uenit, quod Grãmatici fere nihil præter grammaticam sciunt, & uix illam. ut Papias, scribens puppas imagines quasdã esse terribiles. Ille qui scripsit Catholicon, id est, uniuersalem dictionariũ, in quo nihil cõtinetur. Isidorus etymologista, qui uerborum proprietates docens, nihil proprie loquitur. Et ut de Græcis quoq; aliqd dicã, quis unq̃ inter illos nobis reddidit rationẽ, cur nomina neutri generis pluralia, cũ uerbo numeri singularis cõiungũtur? quo modo loquendi nihil est apud Græcos tutius. Cui rei absimilia nõ sunt apud Latinos, nomina terminãtia in um, & in a. in us, & in um. ut Margaritum & margarita, gladius & gladiũ

& gladiũ. Ego igitur quod a Grãmaticis discere nunq̃ potui, cupio ab ipsa nunc doceri Grammatica. Quare unice te rogo, hunc gryphum mihi explices. O lepidũ caput, inquit Grãmatica, duo duntaxat sunt mihi mysteria, & ea tu tibi reuelari uis, atq; id importune. Neq; enim nunc est mihi ocium, ut quæ cum iuuenibus longe utiliora tractanda habeam. Tantũ tamẽ dicam, nõ deesse, qui hunc loquendi modum ad atticismum trahunt. Atticismũ autem interdum pro solœcismo aiunt accipi. Et siquid interim amplius hac in re intelligere cupis, lege Apolloniũ grãmaticum, apud quem (nisi mea me fallit memoria) de hac locutione aliquid reperies. Dĳ meliora, inquit Rhetorica, mallẽ me in Timæum Platonis relegares. Huic ne sphingi uis me alligare? Nam is in grammatica, ænigmata plane scribere uidetur, & est inter Grãmaticos σκοτινὸς, id est, tenebrosus, sicut inter Philosophos Heraclitus ille, cuius nomẽ melius q̃ scripta, quum extarent, intellexerũt omnes. Valeat itaq; iste, nolo lucẽ querere in profundis tenebris, quinpotius tenebras in tenebris. Immo malo rẽ mea sponte nescire, q̃ ut ille nescire me doceat. Iste & Theodorus Gaza coniuncti sunt a chalcographis in uno codice, sed Theodorus, & merito, est præpositus, ut clarior, apertior, & omnibus utilior. & is sciens prudensq; prætermisit hanc questionem, tanq̃ subtilem magis q̃ necessariam, & tacite innuit sequendam esse consue-

Iocus de Atticismo.

tudinem. Merito, inquit Grammatica, Theodorum meum, uirum doctissimum probas, quem omnes docti certatim laudant, sicut & meum Thomam Linacrum. Nam & is grammaticam latine scribere, non est dedignatus, & quidem diligentissime simul & eruditissime. Quid ais? inquit Rhetorica, Linacrum quem tuum appellas, non bene nosti. Est enim is summus medicus, & par orator, ut tum experientia, tum libris felicissime editis, manifestum fecit omnibus, & te non nisi aliud agens, & ἐν παρέργῳ, id est, horis supervacaneis aggressus est. ac quidam ex amantissimis eius persæpe sunt mirati, quod quum natus sit ad altissima quæque, non recusauerit ad ista infima descendere, ut cõtenderet cum Tryphone, uel nescio quo alio grãmatico, de quibusdam minutijs casus uocatiui. Contendit tum ille feliciter, quia uicit. sed mallem uictoriam fuisse illustriorem, & similem illi quem Patauij olim reportauit. Nam quum in gymnasio Patauino, professionis artis medicæ, ei (ut nunc moris est) darentur insignia, publice nõ sine summa laude disputauit, & seniorum medicorum aduersaria argumenta acutissime refellit. Tũ Iuuenis quidam perque eruditus, cœpit contra argumentari. Sed Aquila, tace, inquit, o bone iuuenis, uides ne & consyderas hũc, nos seniores te, longo interuallo procul a se reliquisse, & in disputando superasse? Aquila autem erat omnium Italicorum medicorum sine cõtrouersia,

Laus Thomæ Linacri

De Aquila medico & ei' equulo.

trouersia, tunc princeps, cum ætate (peruenit enim ad Galeni, id est, centesimum fere ætatis annum) tum doctrina & experientia. Sed uulgus (quod iocosum est) ætatem magis, quam literas argumentum fecerunt doctrinæ eius, ideo quod dicebatur ab omnibus, non solum ad tuendam sanitatē suam, quædam optima & secretiora medicamina excogitasse, sed etiā equuli sui gradarij, quem impense amabat. Nam & is uicesimūnonū ætatis annum attigit. Ac fidelis equulus diligenter obseruans dn̄i erga se beniuolentiam, & charitatem, decreuit ei in amore respondere. nunquam enim est passus, ut ueheretur ab altero, priusquam pheretro impositum, uideret uehi ad sepulchrum. & tūc nescio quas lachrymas emisisse dicitur, & intra annum perijsse, ut scilicet physicorum rationes comprobaret, asseuerantū canes & equos sagaces esse, & ad humanam rationem proxime accedere. Tum Paceus iunior, & nouarum rerū intelligendarum cupidior, interrogauit defuncti seruum, bene sibi notum, quibus medicaminibus dominus ipsius usus fuerat ad equuli ualitudinem tuendam. Dicam, inquit ille, libenter quæ scio. Nam om̄ia mihi nota nō fuere. Quæ autem scio, hæc sunt, Bellaria persæpe comedenda, & uinum Cretense bibendum exhibebat. Miror profecto, inquit Paceus, nā hoc modo uidetur equulū lautius & delicatius nutrisse, quam te. Ah, ah, ah ille, & abiuit. Tum Grammatica, Quæ de Linacro, in-

quit, retulisti, magna sunt, & laudabilia, & ob id mihi quam gratissima. sed fabella hæc, quam de equuli sanitate interseruisti, bene ne an male nescio, nihil aliud sibi uoluit, quam ut ego illorum, quæ supra dixisti, obliuiscerer. nam tu superbissime unũ meũ damnasti Grãmaticum, & eum antiquũ, perinde quasi nullus ex tuis sectatoribus reprehendi possit. Dic mihi, quid de illo tuo (qui iactauit se oratorem, & omnes Grãmaticorũ libros, in latrinam cõijciendos) sentiendum est, interpretante ex græco παρὰ τὴν εἴσοδον, apud Hesiodum, quũ iuxta ingressum uertendum sit. Nam si is uel summis (quod aiunt) labris grãmaticen gustasset, e uestigio nouisset τὴν articulũ fœmininũ, nõ posse cũ nomine masculino cõiũgi, nec deceptus literarũ sono, ingressum puertisset Hesiodum. Istud autem nõ est in mysterijs literarum errare, qualia sunt illa, quæ tu mihi reuelanda proposuisti, sed in rebus minimis, ut sunt articuli, & nomina, in quibus uix pueris errare licet, & si errent, uapulant. Hic inquit Rhetorica, Subsiste o Grammatica, captam te nunc, & irretitam habeo. Nonne statim in principio tibi aperte dixi, Grãmaticam nihil præter grammaticam scire? Dixi certe, & tu hoc nunc cõprobasti. nam si aliquid ultra grammaticam scires, non crederes istum, qui tam turpiter errauit, oratorem esse, præsertim quum oratoris definitio illa sit non incognita, ut dicatur uir bonus, & dicendi peritus, & iste nec bene, nec perite sit locutus. Ne

Ridiculũ.

scio

ſcio, inquit Grãmatica, quid de bono & perito uiro nugaris. ſed hoc unũ certum ſcio, neminẽ de tuis unquã fuiſſe perfectũ. Nam & Quintilianus tuus fatetur, neminem unquã fuiſſe perfectũ, ſed eſſe poſſe. Hoc idem ſentit & Cicero, tamẽ ſtultus ſcripſit de perfecto oratore. Sed te mi Rhetorica, p oẽs illos deos, deaſq;, quos Demoſthenes tuus in cõcione inuocauit, oro, nũc me miſſam facias, mihiq; ut mea agam negocia, ſicut tu perfeciſti tua, cõcedas. nam ingenue fateor, me nõ tantũ eloquentia ualere, ut te loquaciſſimã uincere poſſim. Loquacẽ ne, inquit Rhetorica, me uocas? Ignoſcas queſo, o Rhetorica, grãmatice loquenti, & nõ animo, ſed uerbis errãti, nã peritã dicẽdi dicere uolebã. Vale ergo R. Vale & tu G. Tũ Grãmatica, conuerſo ad iuuenes ſermone, Nõ me latet, inquit, o optimi iuuenes, quã arduũ, quãq; difficile mihi erit, aliquid excogitare & inuenire, qđ uel uobis ſatiſfacturũ, uel mihimetipſi pfuturũ ſit. Poſteaquã tot, tantaſq; ſcientias, ſua bona, quã facundiſſime & copioſiſſime potuerunt, declarantes & extollentes audiſtis, nihil deniq; humanum aut diuinum omittentes, quo ſeſe excellentiores reddere, & uobis omnia perſuadere potuerint. Verũtamen quum in hoc non minima pars prudentiæ, mea ſententia, ſita eſt, ut tametſi magna merito admiremur, & ſuſpiciamus, non tamen deceat parua, quæ ad illa ueram & rectam uiam cõmonſtrant, contẽnere, ueſtræ fuerit humanitatis, me

ſicut

Grãmatica nihil habẽs reſpõdendũ, cõuertit ſermonẽ ad alia.

Oratio grãmatices ad iuuenes.

ſicut alias feciſtis, attente audire. Præſertim quũ hone/ſtatis & utilitatis ueſtræ, non minorem q̃ illæ, curam geram, & nihil dictura ſim, niſi quod maxime ad id conferat, de quo loqui eſt inſtitutum. Doctrina utiq; comparãda, qua nihil in rebus humanis uos magis or nare poterit, ſiue nunc quũ iuuenes eſtis, ſiue olim, ſi in uiros (quod deus uobis det) creueritis. Diligẽter igitur, quæſo, animaduertite, & notate quantũ auxilij ego be nigniſſime præſto, ad hoc diuinũ doctrinæ donũ cõſe quẽdum. Principio enim ego ſum, quæ literarum figu-ras, & nomina doceo, deinde concorditer in ſyllabas cõ necto. Neq; unq̃ fama auditũ eſt, aliquã inter meas literas diſcordiam ortam eſſe, niſi apud Lucianũ inter s, & t. Cui certamini non literæ meæ (ut ſunt modeſtiſſi mæ, & ſuo quæq; loco contentæ) originem præbuerũt, ſed Atheniẽſium ſuperbia, & dominãdi cupiditas, qui ut multas gentes bellis uexarunt, & ſua eis eripuerunt, ita etiam meã literam s, ſua poſſeſſione, & præcipue to to maris dominio, expellere ſunt conati. Sed ſpero (ma gna iudicum æquitate confiſa) rem bene compoſitum iri nam adhuc ſub iudice lis eſt. Sane proba hæc mea ancilla s, omniũ literarũ fuit infortunatiſſima. Nam & quidam indoctus ſacrificus Anglicus, eam poſſeſſione ſua annis triginta expulit, nec puduit illum tam longo tempore mumpſimus legere, loco ſumpſimus. Et quũ moneretur a docto, ut errorem emẽdaret, reſpondit ſe

Iocus de s, & t.

Thalaſſa Thalatta

nolle

nolle mutare suum antiquũ mumpsimus, ipsius nouo sumpsimus. Item syllabarũ doceo quantitates, ut sonorius, suauius, & doctius pronũcientur omnia. Qua in re damno ualde illum sacrificum Gallum, qui inter preces sacras dicendas legit, quesúmus domíne, peruerso accentu. Quod quũ audisset alter, bonarum literarum non ignarus, Tu, inquit, non placas deum istis tuis precibus, sed potius ad iram prouocas, tam barbare oĩa pronunciando. Tum ille, Nos Gallici, inquit, non cúramus de quantítate syllábarum, hæc quoq; omnia per/uerso proferens accentu. At tu, inquit alter, nihil aliud studere uideris, nisi ut unum altero peius pronũcies, tu es Musis plane inimicus, sed dabis pœnas (mihi crede) Nam Budeus, cuius eruditissimas & purgatissimas aures, ista tua imperitia offendet, curabit te tanq; barbarum e ciuitate expellẽdum. Huc accedit, quod nisi ego, ut sum amica omnibus, uniuerso generi humano ancillas meas quinq; uocales prostituissem, nullus unq; uel uerbum protulisset, nec illud primũ βεκ, occasionem præbuisset historiæ conscribendæ. Immo nec tuus, o Rhetorica, Demosthenes unq; in concione tonasset, Philippum Macedonẽ πανοῦργον καὶ ὄλεθρον, id est, uersipellem, & humani generis pestem, sed tandem uere suam. Postremo ego ex syllabis conficio dictiones & uerba, ex quibus omnis constat sententia & oratio. Atqui ex his omnis percipit͛ doctrina. Vnde initio illi sa-

De sacrifico Gallo. male ꝓnũciante.

De Budeo uiro eruditissimo.

βεκ, primũ uerbum a puero ꝓlatũ, & Phœnicũ lĩgua panẽ significat.

pientes uiri uulgo, Grammaticos solos literatos uocabant. Sed hoc in loco, ut omni respondeat obiectioni, illud uos monebo, neminem unquam extitisse, qui non ex uerbis collegerit omnes sententias, excepto uno Thoma Moro nostro. Nam is e contrario, ex sententijs colligit uerba, & præcipue in græcis intelligēdis, & transferēdis. Ceterū hoc nō est a grāmatica usquequaque alienū, sed paulo plus quam grāmaticū, id est, ingeniosum. Est enim MORO ingenium plusquam humanū. Doctrina uero nō excellens modo, sed & uaria, adeo ut quocunque te uertas, nihil nescire uideatur. Quantū autem græce sciat, testis sit Incredulus, quē Paulus Bombasius ualde laudat. Porro facundia non incomparabilis tantū, sed & duplex, cum in sua, tum in aliena lingua, id est, latina. Iam adeo nō uulgariter facetus est, & urbanus, ut leporem ipsum ei patrem, & facetiam matrē fuisse iudices. Et interdum, hoc est, quādo res postulat, bonos imitatur cocos, & omnia acri perfundit aceto. Habet & nasum, quū uult, etiam inter nasutissimos, quem tam artificiose etiam detrahit, ut eo detracto, nullum faciei desit lineamentū. In philosophia nulla secta est, quā non aliqua ex parte probat, & ut quæque maxime excellit, ita eam maxime admiratur. Sed uni præcipue (quod faciunt fere omēs) se addixit, id est, Democriticæ. De illo autem Democrito loquor, qui omnes res humanas risit, quem nō modo diligentissime est imitatus, uerum etiam

De Moro

Mori descriptio.

Incredul⁹, Luciani dialogus, a Moro uersus.

etiã una syllaba superauit. Nam ut ille humana omnia ridenda cẽsuit, ita hic deridenda. Vnde Richardus Paceus, Morum amicissimũ suum, Democriti filium, uel successorem, per iocum appellare solet. Is denicꝫ magnum bellum istis indixit, qui nec uera, nec uerisimilia, atcꝫ a personis suis alienissima loquũtur. Quale contigit, quũ audiret duos Theologos Scotistas, ex his qui grauiores habentur, & pulpita conterunt, (quicꝫ in te, o Colete, satis non indocte modo, sed etiam impie insurrexerunt, quũ diceres salutarem pacem, pernicioso bello longe esse præferendam.) Quum audiret inquã, serio affirmantes inter se, Arcturum regem (quẽ aliqui natum negant, aliqui nuncꝫ obijsse, sed nescio quo disparuisse contendunt) togam sibi ex Gigantum barbis, quos in prælio occiderat, confecisse. Et quũ Morus interrogasset illos, qua ratiõe hoc posset fieri, tum senior, composito in grauitatẽ uultu, Ratio, inquit, o puer, est aperta, & causa euidens, qđ scilicet cutis hominis mortui mirifice extenditur. Alter hanc rationem auditam, non solum approbauit, sed etiam ut subtilem & Scoticam, admiratus est. Tum Morus adhuc puer, Hoc, inquit, semper antea æque mihi incognitũ fuit, atcꝫ illud est notissimum, alterum ex uobis hircum mulgere, alterum cribrum subijcere. Quod dictum quũ perciperet illos non intellexisse, ridens sibi, & eos deridens, abiuit. Hoc unum (quod dolenter refero) Morum meũ perse-

quitur infortuniũ,quod quoties peritissime & acutissime loquitur inter uestros leucomitratos patres, in sua ipsorum,quam ipse quoq; callet scientia,toties illi eum damnant,& puerilia omnia quæ dicit, nominant.non quod reuera eum damnandum censeant, aut aliquid puerile audiant,sed quod mirabile ingenium ei inuideant,& alias,quarum ipsi ignari sunt,scientias,quod deniq; puer(ut ipsi uocant)sapientia senibus longe antecellit.Sed hæc hactenus de Moro,ad rem meã iam reuertar.Literatos(ut dixi)antiqui solos Grãmaticos nominarunt,& eos literatos esse interpretati sunt, qui aliquid diligenter & acute, scienterq; possint aut dicere, aut scribere.Sed quidam postea inuidẽtes mihi,introduxerunt nescio quas differentias,inter eruditũ & literatum,literatum & literatorẽ,ut meo nonnihil detraherent honori.quod reuera ne pili quidem faciẽdum est. Cui enim non est manifestissimũ,inuidos nec ex iudicio,nec ex animo quicq; damnare,sed ut omni reiecta ratione,suo inani & detestabili satisfaciant appetitui. Quocirca quũ ex his quæ supra dicta sunt, manifeste patet,ex nudis literis perueniri ad syllabas, ex syllabis ad dictiones & uerba, ex his ad perfectas sententias, atq; hinc ad omnem doctrinam,quis est qui tam desipit,ut me fundamentum omniũ doctrinarum non credat? Alioqui semper hesurus in minimis, quũ posset gnar9 mei ad magna penetrare.Quo fit,ut aliqui affe

Sententia contra inuidos.

cti tedio

cti tedio suæ negligentiæ, omne literarũ studium peni tus relinquãt. & q in doctos uiros euadere potuissent, fiant egregij aleatores, uel alicui alij id genus infami ar ti totos se dedãt. Imitamini igitur, o iuuenes, bonos ar- chitectos, quibus quoties aliquid ædificandum cõmit titur, primũ omniũ hanc curam agunt, ut fundamen- tum ualidissimũ iaciatur, nimirum probe sciẽtes, quic- quid male iacto fundamento supstruitur, facillime cor ruere. Quod & illis eueniet om̃ibus, qui ad doctrinam aliquam peruenire contendunt, nisi prius a me bene & diligenter erudiantur, & regulas meas pari modo intel ligãt, memoria teneãt, & ad manũ semper paratas ha- beãt. Damnãdus est igitur delirus ille Philo Iudæus Apella, qui dixit geometriam ἀρχὴν καὶ μητρόπολιν, id est, principium & matrem omniũ disciplinarum, quũ utrunq; ueracius mihi attribuendũ sit. Hinc exijt illud amici mei Quintiliani, docentis me om̃i cõuenire æta ti, quũ inquit, grãmaticam iucundam esse senibus, iu- uenibus uero necessariam. Idem monet & illud, erudi- te simul & utiliter, aut a græca grãmatica (ex cuius fon te hausta est latina) incipiẽdum esse, aut utranq;, lati nam & græcam coniungendas. Quod & ego perq; ne cessarium esse arbitror, ut quasi una & eadem opera, duæ utilissimæ res possint simul perfici. Hic est, o iuue- nes, ille fructus, cui9 copiã ego uolẽtibus oĩbus uobis, largissime suppeditabo, & ut q; humana & benigna

ſum,intelligatis,quantūcūq; quiſq; uolet,gratis dona-
bo. Facit Ptolemæus & Strabo, ſcribētes de ſitu orbis,
De Geo-graphia. ut nec Geographiā ſilētio omnino prætereā, nam ho-
rum arte effectū eſt,ut Taprobana his noſtris tempo
ribus a Luſitanis reperiretur. Clara hæc quidem,& Lu
Vtopia. ſitano utilis Regi,cui tamen ego Vtopiam nō poſtpo
ſuerim. Nam ut dem huic deeſſe aromata, qualia mer
cantur Luſitani, eſt tamen acceſſus longe minus peri-
culoſior,& abundat & hæc incognitis ſuis delitijs. Sed
cui hæc Geographiæ ſcientia cordi eſt, uel mundum
peragret oportet(quod nimis arduum,difficile,& ſum
ptuoſum eſt)uel Strabonem perlegat, æque lōgum &
latum atq; ipſe eſt orbis, Græce tamen,quia tranſlatio
eſt corruptiſſima, niſi ſi cui hæc breuior uidebitur uia,
ut has cōtempletur orbis deſcriptiones, quas Mappas
mundi uulgo uocant. Sciat tamē & has ex illorū quos
Diſciplina militaris nominaui doctrina, profectas eſſe. Diſciplina quoq;
militaris,apud Priſcos clara fuit, ſed hodie ab omni
ſchola tam eſt aliena,ut ſtultum fortaſſe de ea loqui iu
dicetur. Tantū tamen ut miles,qui in Chriſti uerba iu
Seria de bello rauì,dicam longe eſſe conſultius,ut bella (ſi qua eſſe de
bent)prudentia doctrinæ comite potius,q̄ gladio con
ficiantur. Nam qui ſemper ad atroces cōflictus ſunt pa
rati,nihil aliud agere uidentur,niſi ut ſtrenuos ſe præ-
beāt homicidas. Qui uero ſanguinis immaniter effun
dendi eſt abſtinētior,primū parcit ſuis,Deinde clemē-
tia,

tia, qua in hostē utet', diuinā præ se fert misericordiā, sine qua, nulla humano generi, animæ in hoc salo miseriæ semper periclitantis, salus est speranda. Vnde Demonactis philosophi, quantūuis Ethnici (cuius uitam nos latinitate donauimus) laudandam & obseruandā iudicamus. Qui quū Athenienses, ad imitationē quorundam Barbarorū, admissuri essent in ciuitatem gladiatorium illud singulare certamen, Nolite, inquit, o ciues mei, hanc crudelitatem prius introducere, q̄ꝫ misericordiæ aram sitis demoliti. Artes sibi uendicarunt, & Physiognomones, & Metoposcopi, quorum illi ex totius corporis formæ inspectione, naturam cuiusqꝫ iudicant, hi uero ex sola fronte contemplanda. Sed has artes ego minime ueras existimo, utpote coniectura magis (ut de somnijs scripsimus) & lōga obseruatiōe, q̄ꝫ ulla certa ratione nitentes. Et cōstat inter peritos, Pythagoram non ultra cōiecturā, Physiognomia esse usum, quū mores naturasqꝫ discipulorū suorū, de totius corporis filo atqꝫ habitu sciscitaretur. Vnde nō solū incredibile dictu est (ut ait Plinius) sed etiam (ut mea fert opinio) impossibile factu, quod Appion grammaticus scriptum reliquit, Alexandrum quendam, tam indiscrete imaginū similitudines pinxisse, ut quidā Metoposcop⁹ ex his dixerit futuræ mortis annos, aut præteritæ. His addo & Chiromanticā, & artem illā χαλαζοφυλάκωρ, id est, speculatorum & obseruatorum futuræ grandinis

Insignis sētētia cōtra crudelitatem.

Physiognomia.

Metoposcopia.

Chiromātia.

grandinis,quos Seneca,Cleonis illius ſemper μετὰ τὰ πράγματα σοφοῦ,id eſt,ſero ſapiẽtis,publice præpoſitos fuiſſe tradit,ineptiam cum iſtorum,tum omniũ qui eis credebãt,libro quarto naturalium queſtionũ , egregie depingens & deridens,quod quiſq; pro ſe, monẽtibus iſtis,alius agnũ ĩmolaret, alius pullũ,quaſi ꝓtinus illæ nubes grandinoſæ alio declinarent, quũ guſtaſſent aliquid ſanguinis. Om̃es itaq; has quatuor artes in unã ſocietatem collectas, tanto ueris artibus inferiores eſſe iudico,quanto ueræ & certæ rationi,inſtabilis & fallax cedit coniectura.Quamobrem a ſententia mea longe eſt alienũ,ut in his bonæ horæ male collocẽtur, & tempus teratur.His ita dictis,feſtinantem me ad quædam ſeriora,corripuit difformis quædam muliercula,& detinuit.Quæ nam es? inquã. Sum Dialectica, inquit illa.

Dialectica recens.

Fiet ne de me ulla mentio? Eſt, inquã ego,una Dialectica tertia pars Philoſophiæ.Hãc ego quia a Philoſophia nõ ſeparo,in Philoſophiæ laudib9 cõplexus ſum. Sed tu fortaſſe illa es,quæ reſtrictiones & ſecundas intentiones inueniſti,in quibus ego fateor me nihil ſcire, nam ingeniolum meũ non capit,quo pacto ratio ualida,& nunq̃ non libera,poſſit reſtringi.De intentionibus uero,hanc animi eſſe ſcio,in cõtemplanda altius rerum natura,illam uocis (ut apud Muſicos) aliã deniq; aliarũ rerum,ſed hæc una eſt ſemper,& ſola,nec ſecundam admittit. Ipſiſſima, inquit illa, ſum, non tam̃en

omnino

omnino odi Sortem & Platonem. Vah, inquam ego, uerba tua manifestam te fecerunt, nam Socratē restrinxisti in Sortem. Abi hinc sortilega, mihi tecū nihil est cōmune. Sic recessit illa, deflens suam sortem.

Postq̄ de sciētijs omībus, ut audisti mi Colete, disseruimus, nō alienū iam fuerit a re instituta, aliqua (qualiacunq; erunt) compēdiaria tradere præcepta, quibus iuuenes magis ad doctrinam consequendā incitētur. Quādoquidem (ni fallor) persuasum habent, nihil esse in rebus humanis, quod bonis literis, & præclaræ eruditioni, ex quibus omnis uirtus originē ducit, possit conferri aut æquari. In quam rem eleganter scribit Plinius nepos. Quid publice, inquit, lætius, q̄ clarissimos iuuenes, nomen & famam ex literarū studijs petere? Ex quibus uerbis hoc quoq; obiter est notādū, qd' publice utilissimū aperte testat', nō modo inferioris cōditiōis iuuenes, sed etiā clarissimos, nomen sibi & gloriā ex doctrina petere, qd' longo distat interuallo, ab illi⁹ cornigeri generosi opinione, quam in præfatione strenue irrisimus. Ceterum in hac parte meo, qualecūq; est, utar iudicio, & nō multis uerbis iuueniles animos delassabo, (Nā si omnia quæ in hāc rē dici possent, scribere uellē, in nimis magnum uolumen opus cresceret,) sed pauca paucis perstringam, quo libentius, faciliusq; imbibāt, & si utilia uidebuntur, imitentur. Primū igitur iuuenibus cauēdum censemus, ne ullam temporis, nimis cito

De præceptis ad doctrinā incitantibus.

fugientis, & irreuocabilis horam male collocent. Nam ex tẽpore, quod frustra, inaniterq; teritur, nihil fructus percipient, præter pudorem & pœnitentiam, quodq; clare cognoscent, quicq͂d sibi in hac breui & caduca placet uita, præter uirtutem (cuius sedula suppeditatrix est doctrina) hoc totum breue esse somniũ, & simillimum bullæ in aqua turgescentis, quæ simul atq; exorta est, euanescit. Quod si uolunt tempus bene & honeste consumere, nec melius ꝑfecto, nec honestius id facere possunt, q͂ in bonarum disciplinarum studijs, quæ ob hoc solum bonæ dicunt͛, quod bonos uiros reddant. Istud uero ut facilius assequãtur, & ab incepto nõ desistant, nec in hac literaria militia desertores fiant, in primis fugiendã iudicamus improborũ & malorũ hominũ consuetudinẽ, sciantq; a Demosthene, Oratorũ Græcorũ principe, cum eleganter, tum uere dictum esse, τοιοῦτός ἐστιν ἕκαστος, ὥσπερ ἥδεται συνὼν, id est, talem quemq; decet esse, quales sunt illi, quorum consuetudine oblectatur. Cui assentit͛ Dauid quoq; noster, diuino afflatus spiritu. Cum bono, inquit, bonus eris, & cũ peruerso peruerteris. Et quod diuus Paulus scribit, Bonos mores corrũpunt colloquia mala, potuisset etiã uerti, cõsuetudines malæ (quæ uulgarius cõuersationes appellantur) nam utrũq; significat ap͛d Græcos ὁμιλία, sed sensus est idẽ. Etem̃ tantũ ꝑculdubio hinc ꝓuenit mali, & præcipue iuuenibus, quorũ ætas est infirmior, & ob id facile huc

uel illuc

uel illuc impellitur, ut haud sciam an sola improborũ, malorũq; & peruersorũ hominũ consuetudo recte uocetur Ilias simul & Lerna malorũ, & si quod aliud adagium sit, cũ plurimas, tum maximas calamitates denotãs. Siquidẽ hæc est uere illa pestis, quæ oẽs ad unũ bonos mores subuertit, utpote omne utile & honestũ studiũ damnãs, ut teterrimæ indulgeat̃ uoluptati, omnẽ fidem expellẽs foras, ut introducat̃ mera perfidia, omne ius in ꝓfundas cõijciẽs tenebras, ut iniuria lucidissime in aperto splendeat, simplicitatẽ ceu rem ꝑditissimã uili pendẽs & detestãs, ut fraus in altissimo throno collocetur, Et ut summatim dicã, omniũ uitiorũ irritamẽta excogitãs, ut om̃is prorsus uirtus e medio pellat̃. Ab hac igit̃ iuuenes liberati, sumant sibi in exẽplũ illos doctos uiros, q superioribus ætatibus floruerũt, & nullos in toto orbe reperiẽt, plus existimatiõis & honoris unq̃ cõsecutos, q̃ illi, nec q de genere humano melius sunt meriti. Hi em̃ nõ uerbis modo uitia fugienda docuerũt, & uirtutibus inherẽdũ, sed re ipsa singularia bene & honeste uiuendi exẽpla omnibus præbuerũt. Vnde Rhetores in ꝑsonis laudãdis, cũ alia multa, tũ præcipue doctrinã & gesta hominũ obseruãda tradũt, haud quaq̃ inepte doctrinam etiam gestis præferẽtes, quasi nihil, ubi doctrina desit, recte geri possit. Atq; hinc euenisse satis constat, illos antiq̃s principes & reges clariores, & doctrinæ fuisse cupidissimos, & nihil æque appetisse,

atq; ut doctos uiros, magna mercede conductos, nutri rent, existimantes se solidam gloriam tum demum as/ secuturos, si sapiētem, id est doctum uirū domi, a quo erudirentur, familiarē haberent. Quod si nostra quoq; ætate fieret, præclarius proculdubio cum rebus huma

Sententia. nis ageretur. Nam quāto maior principum est sapien tia, tanto felicior est populorum conditio, necnon illo/ rum securior malorum, quæ ex publica re per imprudē tiam male administrata, nimis multa obueniunt. Istud hoc nostro sæculo, raro & paucis accidit, & nemini cer/

De Eras/ mo. te illustrius, q̄ ERASMO nostro. cui9 doctrina tā admi rabilis est & multiplex, ut Pontifices Maximi, oēs Car dinales, omnes Reges & principes, uno cōsensu, de eo certare uideantur. nec immerito. Nam apud quemcūq; hic orbis doctrinæ erit, is uiuam habebit imaginē, quā omnibus suis stemmatis longe possit anteferre. Verū quod risum mihi mouit, ERASMVS ipse dixisse fert, nihil sibi hoc certamine, longo tēpore infelicius accidis se. Nam dum illi strenue certarunt, ipe misere eguit, ꝓ pterea quod huius tempestatis homines libentius ad/ mirantur doctos, q̄ nutriunt. Sed quoniā huiuscemo/ di de doctrina ERASMI nostri mentio est oblata, non possum illud literis non commendare, neminem esse in tota Italia, siue doctus sit, siue indoctus (quorum ille iu dicio & ratiōe, hic uero fama & nomine mouetur) qui non summa admiratione & laude illius doctrinam ꝓ

sequatur,

ſequatur, excepto uno titulo tenus archiepiſcopo, pro/feſſione non Theologus, ſed Scotiſta. Is em̄ nuper me audiēte, dixit ſe in ſinu habere unum, ut uocabat, rotulū, ERASMI errores in ſacra Theologia cōtinētem, & cœpit ſtrenue aurā uerberare, hoc eſt, in ERASMVM noſtrum abſentem inuehi, ac ſi fuiſſet in ſua corona & palæſtra. Tum ego inſaniam hominis, cū ex geſtibus, tum ex uerbis diſpiciens, (ridebimus, inquā apud me) profer, quæſo o bone uir, iſtum tuum rotulum, & doce nos iſtos errores, ut poſſimus eos fugere. Nam & nos ex illis ſumus, qui permulta legimus Eraſmica, etiam theologica, nec unꝗ̄ huiuſcemodi potuimus depren/dere errores. Ideoq́ʒ quia tu Theologiæ (ut iactas) pro feſſor es, a te ualde cupimus doceri, & ſententiam tuam ſi meliorem Eraſmica oſtēderis, pia mente (ut Chriſtia nos decet) ſequemur, & bono zelo (ut ueſtris utamur uerbis) inſtigati, tanꝗ̄ nec Platonis, nec Socratis, ſed ue ritatis amici, una tecum damnabimus ERASMVM. Non domine Ambaſſiator, inquit excandeſcens Sco/tiſta, nō uolo nūc proferre, dn̄atio ueſtra nō eſt Theo logus, ego ſum doctus ſciatis, ego legi Piſis, Ego uolo trahere iſtum hæreticū ad cōcilium generale. Hic unus ex circūſtantibus interrupto ſermone, Quod legiſti, in quit, Piſis, nihil penitus fuit, ſed ego in Germanicis hy pocauſtis te inter bibulos egregie declamātē audiui, & uociferando ſuperaſſe ipſum ſtentorem. Sed ego, bona

Eraſmum defendit Paceus cō tra Scoti/ſtam.

Barbare & incongrue loquitur Scotiſta.

uerba queso, inquam, o Scotista. Ego nec Theologus sum, fateor, nec Philosophus, immo nec doctus. Et qđ plus est, fateor me hoc solũ scire, quod nihil scio, & hoc uno sum sapientior te. Quod aũt ad generale conciliũ Erasmũ uis trahere, nõ est opus trahatꝰ, quippe sua spõte & libenter uenturus, ideo quod generalia cõcilia, eo eiusqꝫ similibus potius ꝙ̃ tui uehemẽter indigent. Sed dic mihi, Nouisti ne Erasmũ? Noui, inquit, & uidi, est magnus ribaldus. Quare, inquã, tunc rotulum tuũ non protulisti? Ita nõ, inquit, uolui plura colligere, & facere librũ. Res non ita habet, inquã ego, nam Paulus meus Bõbasius, uir cũ primis eruditissimus, lõge aliã causam mihi retulit, affirmans te. Erasmo præsente, non modo nõ rotulum tuũ, sed nec teipsum ausum esse proferre. In quo solo ego ingeniũ tuũ laudo, ne uidelicet una te cum tuam proferres singularem ignorantiã & stultitiã. Qui enim fieri potest, ut tu, aut quiuis alius, Erasmum hæreticæ impietatis possit damnare, qui euangelio, id est, ipsi Christo, Paulo uestro in euangeliũ segregato, Hieronymo & Augustino, atqꝫ alijs scientiæ uestræ luminibus fixus, pertinaciter adhæret, nec ab his uel trãsuersum unguem recedit, id quod in omibus operibus eius est manifestissimũ. Et hi adeo ei memoria nõ excidunt, ut etiã in Adagijs illorũ sit memor, ut Pauli, quũ ait, Noli aduersus stimulũ calcitrare. Quod prouerbiũ tibi etiam, si sapis, est discẽdum. Tum Scotista Theologiæ

Perplexe loquitur

giæ oblitus, Adagijs, inquit, quid est hoc? est ne nouũ Erasmi opus? Tibi, inquã, omnino nouum, quia ne nomen quidem intelligere uideris. Quid, inquit, in aerem circũspiciens, & contorquens labia, quasi blateraturus aliquid, Nõ domine, nõ est cura de uerbis. Quid ais, inquam ego, insanis ne? Est ne omnis scriptura uerbum dei? Est ne deus ipse uerbũ? Hæc tu si non curas, negligis, si negligis, tu hæreticus es, non Erasmus, qui nihil præter hæc prædicat. His ita dictis, nihil habẽs respondendum, aspexit astantes suos ministros. Et Ioãnes inquit submissa uoce, per deum iste ambassiator deridet me, & uidetur esse scientificus, quod si sciuissem antea, de Erasmo nullum dixissem uerbum. Sed faciliter me uindicabo, nam uolo abire & emere istum nouũ opus Adagijs, & cercare plures falsitates, & oẽs portare meis confratribus, qui una mecum insurgent contra utrũq;. Scriptum est enim, Insurget gens contra gentem. Huic egredienti & grauiter irato, obuiam fit Bombasius meus, domum meam ingrediens, sed ne uerbum quidem ei locutus, (delicatissimarum aurium suarum, ne barbarie offenderentur, curam gerens,) recta ad me in cubiculum peruenit. Quid tibi, inquit, cum isto Scotista? Disputauimus, inquam, de lana caprina. Nõ decet, inquit, te cum istis disputare, quia sunt indocti. Hoc morbo, inquam, & ego laboro, Vetus dictũ est (ut nostri) pares cum paribus, sed non tam disputaui q̃ irrisi illum

Adagijs studiose incõgrue ponitur.

Istum

illum, & uix tandē ridendo extrusi foras. Sed unde digressi sumus, redeundum est. Labor, dixerit aliquis, in doctrina comparanda multus est, & uia ad illam aspera. Est & in nugis labor, est in uoluptatib9, quas (ut Plutarchus ait) etiā difficilius ferimus q̄ labores, & ipsum corpus humanū, ocio citius turpi marcessit, q̄ cōteritur labore, immo labore plerūq; uiget. Nullum deniq; est uitium, ut dicā breuibus, quod labore uacat. Ad quod suauiter & eleganter allusit Sophocles, quum ait, πόνος σὺν πόνῳ πόνον φέρει, id est, labor labori laborem addit. Verum si in rebus optimis, & soli uirtuti innitentibus, (qualis est doctrina, immo quarū est princeps) labor hominibus uidetur maior, quū ita natura comparatū sit, ut omnia præclara in arduo collocentur, non labor modo, quo temetipsum temere deterres, intuendus est, (sorte illius Romani, haud quaq̄ studioso homini deprecāda, cui nihil puero quidē feriæ unq̄ obtigerant) sed fructus etiā, qui ex huiusmodi laboribus prouenit, ꝑpendendus. Turpissimū est (mihi crede) detrectare uel fugere laborem, quando ad magnam uirtutē consequendam laboratur. Siquidem natura ipsa manifeste indicat, non magis bruta animalia ad corporis laborem, q̄ homines ad utrunq;, & corporis & animi laborem natos, nec uitam longam esse posse, siquis totū se a laboribus corporis subtrahat. Hinc manus, hinc pedes, hinc om̄ia mēbra ad laborem corporis habemus

a natura

a natura aptissima, quibus etiam ad laborem prisci illi sapientes sunt usi, ut Cincinatus ille, qui ex aratro totus puluerulentus, dictator Romanorum designatus fuit. Sed quãtum labor animi, corporis labori excellit, hinc est perspicuũ, quod illam diuinã uim ingenij largitus est deus benigne ad laborem animi, membra uero ad laborem corporis, quæ & ipsa reguntur ingenio. Laborem igitur animi sequatur & persequatur studiosus iuuenis (sciatq; hũc ocium fuisse Scipionis, qui nunq; minus ociosum se esse dictitabat, q; quũ ociosus esset, nimirũ nactus occasionẽ, ut labori animi uacaret) Et quũ in doctum uirum euadere serio cupit, initio quidem laboribus se addicat, oportet. sed hi labores in honestissimam desinent uoluptatem. Item puer in scholis prima discens rudimenta, molestiæ aliquid patitur, quæ tum augetur maxime (ut hoc quoq; in transcursu notem) si imperitũ sortitus sit pædagogũ, quales olim scio apud nos fuisse multos, & nescio an adhuc supersint. Nam is si uidet puerum ad discendum tardiorem, non nisi uerberibus agendum censet, & indoctus homo, uerbera plus posse q; naturam credit, ignorans illud sæpissime usu uenire, ut tardiora ingenia melius contineant, & ad frugem perueniant maiorem, q; illa præmatura. Hinc Fabius, Illud, inquit, ingeniorũ præcox genus, nunq; temere peruenit ad frugẽ. Hinc & Cleanthes, magni nominis Philosophus, comparatus fuit a præceptore uasi

angusti oris, qd' melius continet, q̃ in id facilius infun ditur. Sed in scholis, inquam, puer aliquid molestiæ pa titur, uerum quum in uirum creuerit, & prouectior æta te, rem penitius intuetur, molestiam illam omnẽ, maio ri uirtute compensatam uidet, & in gaudiũ usq̃quaq̃ adeo conuersam, ut nihil magis doleat, q̃ quod maio rem non sit passus. Iusta nimirum trutina rem expen dens, qd' dura, aspera, & salebrosa montis radix, ipsum in mollissimũ, amœnissimũ, & floridissimum cacumen perduxerit. ubi tanta rerum, & quidem pulcherrimarũ uarietate allicitur, ut etiam si uellet, descendere nõ pos sit, adeo uirtus doctrinæ est tenax sui. Socrates ætate sua unicum sapiẽtiæ specimen, monuit iuuenes utilissi me, ut crebro semetipsos in speculis contemplarẽtur, & si turpiores uiderent, ornarent se doctrina, sin pulchri, Sententia. pulchritudinẽ doctrina augerent. Est enim hæc doctri næ uis, ut humilia tollat in excelsum, excelsa uero diui nis æquet. Sicut & hoc quoq̃ habet, ut si tibi ꝓsperior sit fortuna, longe clariorem te reddat. Si uero aduersis obruaris, maxime te cõsoletur, id quod ego sæpius sum expertus. Ad hoc, quia utilitas in rebus humanis pluri mi æstimatur, cõsiderandum & inspiciendum est iuue nibus, quot olim, quotq̃ nunc sunt, quos obscuro loco natos, doctrina nobilissimos & illustrissimos reddidit. Et illa demum uera est nobilitas, quam uirtus facit, ma gis q̃ clara, longaq̃ generis series. quæ questio olim iã

ab eruditissimis uiris disputata fuit. Et qui contra sense runt, hi fuere qui omnium bonorum morum corruptelam, in genus humanũ inuexerunt. Non enim temere dictum est, non uirtutibus ex nobilitate, sed nobilitati ex uirtute, honor accedit. Quũ ergo ex his satis manifestum esse arbitrer, quãta sit doctrinæ excellentia, quãq; omnibus uotis sit necessario expetenda, ad alia huc respicientia stilum cõuertam. Nam quoniã superius monuimus, improborum & malorum hominũ cõsuetudinem fugiendam, consequitur hoc, ut doceamus quorũ consuetudine iuuenibus studiosis est utendum. Immo uetus illud prouerbiũ hoc docet breuiter, pares cum paribus. Iuuenes itaq; literarum studijs dediti, nõ nisi doctis & honestis uiris familiariter utantur, horũ domos frequẽtent, hos consulant. Siquid dubitãt, totis deniq; uiribus laborent, ut ostendant se discere uelle, & nihil æque atq; doctrinam ex animo petere. Nam si huiusce modi indolem, & discendi cupiditatem, in adolescente cõspexerit, ut quisq; est doctissimus, ita libentissime eũ erudiet, & currenti (ut aiunt) calcaria addet. Istud mihi primũ quidẽ contigit Patauij, quũ iunior literis humanioribus incũbere inciperẽ, ex Cuthberto TVNSTALLO, & Gulielmo LATYMERO, uiris clarissimis, & undecunq; doctissimis. quorũ præterea tanta est prudentia, probitas uitæ, morũq; honestas, ut uix dici possit, an doctrina magis illorum mores, an mores doctrinã ornent.

Sententia.

Præceptores Pacei, Cuthbertus Tũstallus, Gulielmus Latymerus.

ornent. Deinde uero a Leonico, & Leoniceno, eiusdem
notæ uiris. Item Erasmo nostro uarijs in locis (quod &
nunc fit, nam uel libri eius comitãtur me, uel ego perse
quor illos) & Paulo Bombasio Bononiæ, ubi magno
auditorio laudatissime omnes bonos libros est inter-
pretatus. Nã his solis siqua in me eruditiũcula est, hãc
omnẽ acceptam refero, & ob id in his meis nugis, non
ingrati discipuli functus officio, memorẽ me præcepto
rum ostẽdere uolui, quos uel rusticus apud Aristopha
nem, honorandos saltem farina censet. Ex huiusmodi

Ex bonis literis, & bonis moribus, perfectio uitæ

uirorum, o iuuenes, consuetudine, nõ solum bonæ lite-
ræ, sed boni quoq; mores discũtur, ex quibus duobus
tota humanæ uitæ perfectio conflat᷑. Ex docto ore nil
nisi doctũ audietis, quæ res ad multa celeriter discẽda
maxime facit. Nã nescio q̃ modo sæpe accidit, ut quæ
audimꝰ, modo erudita sint, magis insidãt memoriæ, q̃
quæ legimus. Nolite igitur hanc, ceu ualidissimum do
ctrinæ acquirendæ fundamentũ negligere, ne si infelici
ter auspicemini, infelicissimus sequatur exitus. Atqui
hinc iacto fundamẽto, opus iam superstruam. Iuuenis
sic erga literas, ut supra postulaui, affectus, reuocet in
memoriam illa quæ in grãmatica scripsimus, de græca

De literis græcis discendis.

coniunctim cum latina discenda. Nullus em̃ proculdu
bio insigniter doctus esse potest, qui græcæ literaturæ
sit ignarus. qđ ut clarius tibi (mi Colete) nuper, q̃ unq;
antea demonstraretur, effecit Erasmus noster sua noui
testamenti

testamenti editione, & annotationibus eidẽ adnexis. in quibus ita tibi satisfecit (ut in quadã ad eum epistola testaris) ut ad græcas literas discendas, uehementer uidearis ab eo incitatus. Qua in re, iudicio tuo nihil potest esse rectius. nam tãtum (mihi crede) doctrinæ, quã nunc habes (alioqui adeo singulari, ut & te domi, & patriam nostrã foris apud alias gentes mirifice illustret) adijciet græca literatura, ut eius peritus, te parũ antea, aut nihil sciuisse iudicaturus sis. Id quod contigit summo meo amico conterraneo nostro Gulielmo Stokelleio, uiro acerrimi iudicij, in Theologicis & Philosophicis excellẽti, & plane admirãdo, & nõ utriusq; modo linguæ peritissimo, sed nec hebraicæ ignaro. Nã is hoc mihi Romæ est ingenue cõfessus, nõ mediocriter dolens se annos nimis multos, anteq̃ græce sciret, in imaginarijs quibusdam nugis contriuisse, ut sunt restrictiones, nescio quæ, & secundæ intentiones, quas ne Vtopiani quidem unq̃ admiserunt. Hic insurgit, nescio quis, cõtra me, Asseueras ne tu, inquit, omnes indoctos esse & fore, nisi qui græce sciunt? Non hoc dico, inquã, immo fateor multos doctos esse posse, qui nec græce, nec latine sciant (si benigna natura uim largiatur ingenij) quales fuerunt Hebræi & Chaldæi, quos tamen tantum superarũt Græci, quantum Latini cedunt Græcis. Ratio seipsam profert, nec multis utendum est argumentis. Apud Chaldæos nihil ferme est, apud Hebræos parũ, Gulielm⁹ Stokellei⁹.

quod tamen eſt, bonum eſt, quia ad uetus teſtamen/
tum intelligendum nonnihil confert. Apud Latinos
uero, quicquid apparet proprium, ut in arte dicendi, &
in hiſtoria, hoc totum quaſi mutuo ſumptum eſt ex
Græcis. Nam Ciceronem, quantus eſt in arte Orato-
ria (Quintiliano id confitente) fecit Demoſthenes &
Iſocrates. In Philoſophia uero, Plato & Ariſtoteles,
quorum alterum diuinum, alterum ſapientiſſimum, ut
doctiſſimos Græcos ſæpe appellat. Sed Philoſophia
adeo apud Latinos manca eſt, ut nihil poſſit eſſe eru/
ditis auribus ſtultius, quam Latinos Philoſophos cum
Græcis comparare. Quo in genere, nec Ciceronem ip/
ſum (quod eius uenia dictum ſit) excipio. Porro in hi
ſtoria ſunt Latini octo, uel ad ſummum nouem pro-
bati, quos omnes, meo quidem iudicio, unus ſuperat
Thucidides, cui cur tam parum tribuit Cicero, uiderit
ipſe, longe diſſentiens a Demoſthene, omnis eloquen-
tiæ fonte, quem ſua ipſius manu Thucididem octies
ſcripſiſſe conſtat. Nempe admiratur (id quod eſt) ma/
ximam eloquentiam cum ſumma prudentia, pulcher/
rimis dicendi ornamentis aſperſa, coniunctam. Præ/
terea in Theologia omne nouum teſtamentum græ
cum eſt, atque in id Græci præclariſſimi uiri, cum alij,
tum ſancti ſcripſerunt. A quorum hortis, qui ſunt
apud Latinos præcipui (ut Hieronymus & Auguſti-
nus) omnes ſcientiæ ſuæ floſculos decerpſerunt. Quid
inquis

inquis, in causa est? Maxima profecto librorum copia, & eorum non triuialium, sed ab excellentissimis in omni scientiæ genere uiris editorum. Vnde igitur hoc malũ accidit, ut quod omnes maiores nostri unico consensu approbarunt, nos uix umbram literarum assecuti, & bis per omnia (ut Musico utar prouerbio) ab eis distantes, adeo negligamus, & aliqui etiam damnare audeant, & cornici (sed nimis inepte) oculum effodere. Certe hac in re, tria sunt quæ pestilẽter nocẽt, Ignorãtia boni, laboris magnitudo, uel potius suspicio laboris magni, atq; ob hunc desperatio literaturæ græcæ cõsequendæ. Quod mihi uel hinc est notissimũ, qđ uidi quosdã apud se tacite admirãtes quidẽ, quũ audirent aliquẽ locum, græca eruditione tractatũ, sed quia puduit illos græce nescire, uerbis id se non magnifacere ostenderunt. Quo uitio qd potest esse turpius? Sed non ab re erit, hoc quod dixi, uobis ridiculo quodam exemplo confirmare. Quum Ferrariæ olim bonis literis, non negligenter (quantum ingenioli mei uena passa est) uacarem, & modo græca transferendo, modo latine scribẽdo stilũ exercerem, casu incidi in Simplicij perq; erudita in categorias Aristotelicas commentaria. Præfationem legere incepi, rem tam suauem reperij, ut prius auelli non potuerim, q̃ omnem deuorassem, nec hoc contentus, cepi illico in latinum transferre, nec destiti ab incepto, priusq; totam latinã fecissem, Facetũ exemplum

haud

haud multos post dies accedit ad me Philosophus, uir alioqui probus, & adeo in sua Philosophia recenti eru ditus, ut multi eum in corona disputantum, egregie uo ciferantem, & (ut fit) etiam aduersario conuitiantem, admirarentur, ex solo clamore eum doctum iudicātes. Is mihi ut amico, narrat se principis sui benignitate, as/ secutum esse stipendium annuū, ad Philosophiam pu blice docendam, meq; unice rogat, ut ea die qua exor- dium daturus erat, interesse uellem. Interpretandas au tem delegerat, quas dixi categorias. Gratulor, inquam ego, tibi uehementer, & non solū libentissime interero, uerumetiam ostendam tibi quædam, quæ ad rem tuā maxime facient. Amo te, inquit, mi Richarde, rem per- gratam mihi feceris. immo fortasse molestam, inquam ego, si nihil eruditis tuis auribus dignum audieris. Et hoc unum te rogatum uelim, ne ad meam in trāsferen do imperitiam respicias, sed ad rem ipsam animum in- tendas, quā mihi uidetur Simplicius eruditissime tra ctare. Profero Simpliciū latine, (quantum in me fuit) loquentem perlego. Ille attente audit, & ne uerbū qui- dem interloquitur, ne legentem me interrumpat, adeo ut Simpliciū omnino mirari uideat. Perlecta re, quid sentis, inquā. Oh, inquit ille, (parce & maligne laudās) satis bene, sed hæc non sunt similia his, quibus nos mo derni (hoc em̄ barbaro uerbo usus est) Philosophi uti- mur in nostris circulis. Verū est quod narras, inquam ego,

ego, nihil a Simplicio, homini simplici & ueritatis amico, magis alienũ quam illa. Sed omittamus hoc, & siquid sit quod tibi satisfacit, excerpe & utere, ut solent facere docti. sin minus, tua tibi circularia satis erunt, & præfatio Simplicij a me peruersa, quiescet domi. Or su, inquit ille, (barbara uerba male latinis connectens) non cupio relegere, sed uellem domi apud me habere. Placet, inquam ego, asporta, & relege, ut melius quam fortasse facis, intelligas, & notes siquid ad rem tuã pertinet, modo ne diuulges, ideo quod plura sunt, in quib9 raptim transferendis, parum ipse mihi satisfeci. & est unus aut alter locus, qui mihi corruptus uidetur, quibus tres notulas, ut uidebis, apposui, ut possim celerius inuenire, & nactus opportunitatem, præceptorem de eorum sensu consulere. Ad hoc, ego non incumbo isti uestræ circulari philosophiæ, in qua uos ita estis acuti, ut si quem meum errorem deprehenderetis, illum in uestris circulis proclamaretis, & me una cum Simplicio deridere tis. Faciam, inquit, ut mones. & abit. Aduenit dies destinata, principio professioni dando. Accedo una cũ alijs. Repletur schola partim doctis, partim indoctis, & qui nihil sciunt, nisi explodere aut exibilare præceptorem, aut sedilia pulsare. Ego me cõfero ad locum quam propinquissimũ meo Philosopho, & totus attentus in faciem eius inhio, & quasi ex locuturi ore pẽdeo, ut intelligam

quid possit in medium adducere, quod præstaret illi Simplicianæ præfationi, quæ mihi non modo elegans uidebatur, sed etiã ipsum scopum in Aristotele decla- rando attingere. Tandem composito in grauitatem corpore simul & uultu (ut fit) incipit. Nihil audio præ ter Simplicium. Ausculto sequentibus, nihil adhuc præter Simplicium, nec sententiam modo, sed eadem quoq; uerba. Interea alij qui aderant, magni circula- res Philosophi, Vnus, Hæc pulcherrima, inquit, sunt. Alius, Hæc eruditissima. Tertius, Hic iuuenis admira- bilis est. Pergit ille in finẽ una cum Simplicio. Et (quod ridiculum mihi uisum est) illa loca, in quibus ego egre- gie erraram, rotundius cæteris pronunciat, nemine nõ admirante, & rem, & hominem. Quum perorasset, ap- plaudunt omnes, salutant, exosculantur, ut moris est. Ego interea dum hæc officia præstarem, tantum non effuse rideo, continui me tamen, & gratulatus sum amico, quod tam feliciter ex aliena semente, id est, græ ca, messem sibi fecerit. Post hæc quotidie operam do, ut ex discipulis intelligam, quomodo se gerit in reli- quis, nihil probatum, nihil laudatũ audio, præter præ- fationem. Tunc uero incipio eum iudicare omnibus categorijs dignissimũ. Sed prosequamur institutum. Siquis naturæ beneficio, absq; græca eruditione, ad ali quam deueniat doctrinam, hæc (quod notabile est)

Categoria apud Græcos, & prædicamẽtũ, & accusatione significat.

haud

haud dubie adiunctis Græcis duplicabitur. Porro si cum Græcis incipias, eris prius insigniter doctus, quam si ea prætermittas mediocriter. Nam Græcarum literarum ignorantia facit, ut multi tantum temporis absumant in minimis, quanto possent in eximie eruditos uiros euadere. Verum esse, & manifestum quod loquor, cum alij complures, tum præcipue ERASMVS noster, hac nostra ætate comprobauit. Qui posteaquam Græca calluit, non modo alios, sed etiam seipsum superare cœpit, adeo ut illorum quorũdam, quæ antequam Græce bene sciret, edidit, ne codicem quidem nunc extare, libenter (certũ scio) uellet. non quod mala illa quidem sint, sed quod hæc posteriora, quæ græcã sapiunt eruditionem, illis longe antecedunt. Discant igitur qui nesciũt græca, cum exemplo huius doctissimi uiri, tum utilitatis causa, & currant cum ERASMO stadium, supplantent si possint, & procul a se relinquant. Nam ille (quæ ei9 est modestia) hoc æquissimo feret animo. Vt primũ iuuenis satis eruditus erit, id est, adusque legẽdos omnes bonos autores, & stilum exercendũ, tũc autorũ delectus est habendus, id est, non nisi optimi & approbatissimi legẽdi. Est ẽm antiquũ dictum, nõ multa, sed multum legendum esse. quo significatur non esse legendos omnes etiã triuiales autores, sed bonos multum, id est, sæpe legẽdos. Quod dictum (ut hoc quoque obi-

De Erasmo.

ter annotetur)apud Plinium nepotem,in epistola quædam inuersum legitur, etiam in Aldicis exemplaribus quæ correctissima habentur.sicut paulo post in eadem notum prouocatumq; est,pro prouulgato,mendose legitur. Qui autē autores deligendi sunt,ita est(ut idem Plinius ait)prouulgatū,ut demonstratione non egeat, & Erasmus de hac re libellum scripsit,& hunc(ut om̄ia) erudite. Ego de uno tantum Plutarcho hoc monebo, ut nunq; dimittatur e manibus. Nam nunq; legi aliquem (legi autem in utraq; lingua plurimos) qui tam multa in omni scientiæ genere,tam bene & erudite scripserit,adeo ut is solus satis mihi esse uideatur,ad faciendum hominem doctissimum.Non me latet quosdam in illo desiderare facundiā,de quo disputare non est huius loci.Sed nullum(mihi crede) eloquētiæ ornamentum ei deest,quod non admirabilis doctrina suppleat.Genera exercitationū,simul atq; ad scribendum deuentum est,sint hæc.uel a teipso argumentum est excogitandū,uel tractatū ab alijs sumendum.Si tuū uis, fac q̄ diligentissime & elegātissime potes,id tractes ad imitationem antiquorū,adeo ut tota quidem res, grauis uideatur,uerba uero delecta & ornata,sicut & figuræ suo loco collocatæ, ut late patet apud Rhetores. Si alienū argumentū deliges,accurate sunt notanda, quæ ab alijs in eandem rem dicta fuerunt , & non nisi cum

De Plutarcho

Genera exercitationum.

optimis

optimis certandum, duabus ex causis, quod & Plinius Nepos monet. Nam in his si uinces, magna laus & animi satisfactio, uictorem sequitur, & alitur ad maxima. Sin uictum se uidebit, pudore afficietur, sequitur tamen & pudorem suum bonum, quod maiorem curam & diligentiam suadet. Praeterea quum optimos sequeris, similia inueniendi facultatem tibi paras. Si nudum alienum argumentum aggredi uis, nec quicquam uidere ex his, quae ab alijs in id dicta fuere, probo & hoc, (licet iuueni istud sit audacius, sed ingenium audaciam fortunatam reddere potest.) Nam hic tanto minus est periculi, quanto abest omnis comparatio, & amatur pariter exercitatio. Aliud genus exercitationis est, transferendi aliquid, uel ex Graeco in Latinum, uel ex Latino in Graecum. Quod Quintilianus, & omnes Latini praeceptores, caeteris longe praeferunt, hac ratione moti, quod hinc proprietas, splendorque uerborum, copia figurarum, uis denique explicandi acquiritur. Item, ut multa sunt quae legentem fallunt, ita nihil illum qui diligenter transfert. Nam coactus quodam modo, omnem curam adhibet, ne negligentia, aut imperitia notetur. Atque hinc est, quod docti multa addunt, multa demunt, mul-

ta interſcribunt, multa ex integro reſcribunt, ne quid eruditis indignum auribus, in uulgus exeat. Tertium genus eſt, quo poſſis in epiſtola ſcribenda pulcherrime te exercere; & ex hoc preſſum illum, purumq; ſermonem epiſtolis accõmodatum acquirere. Quod ſi ab hoc ſtudio aliquam animi (qui nunq̃ in unam perſeueranter rem intendi poteſt) remiſſionem queres, carmine utaris fas eſt. Non longo (quod nemini conuenit, niſi his qui meri Poetæ uolunt eſſe, quorum opinionem equidem nec probo, nec ſequendam exiſtimo, ideo quod Poetica nimis nuda eſt, niſi aliqua alia inſigni ſcientia tegatur) ſed arguto hoc, & breui, & ad animum duntaxat reficiendum apto, adeo ut luſus potius, quam ſtudij loco habeatur. Nam non aliter a ſummis uiris carmen eſt approbatum & admiſſum. Quale eſt illud, ne ipſe ignorare uidear, quod doceo,

Quiſquis ades iuuenis, claræ uirtutis amator,
  Iſta (ſcias) fugiet, tu niſi doctus eris.
Virtutes partas auget doctrina, negatas
  Conciliat, ſtudeas, & bene doctus eris.

De his trib⁹ generibus exercitationũ tractat Plinius nepos, libro ſeptimo epiſtolarum, in epiſtola ad Fuſcum, non longa quidem, ſed erudita ſimul, & utili,

quam

quã nos hoc loco ſumus imitati. Et hæc cõpendioſe ſcribenti, ſuffecerint ad uiam illis præmonſtrandam, qui arti Oratoriæ operam ſunt daturi. Quomodo autem in Theologica ſcientia & Philoſophia ſtudendum ſit, tot tantique doctiſſimi uiri, quorum præcepta in manibus ſunt, tradiderunt, ut malim ſtudioſos iuuenes, qui his ſcientijs incumbent, monere, illos potius eruditiſſime ſcribentes ſequantur, ꝗ̃ aliquid a me hac in re expectent, ne ſus cum Minerua contendere uideatur. Meo inſtituto, qui tyronibus in hac militia, non ueteranis ſcribo, ſatis erit factum, ſi monuero, illis qui rhetoricen calleant, ad omnes quas uolent deligere ſcientias, facillimum patere acceſſum. Nõ ut uerba ſolum, (quod uulgus imperitorũ ſtulte ſentit) ſed etiam ut in rem ipſam nullo negocio penetrent. Eſt enim omnium particeps, plus habens in receſſu, quam in fronte oſtentat. Hæc ſunt mi Colete, quibus ſtudioſos literarum iuuenes, ad doctrinam amplexandam hortandos, inſtruendosque putaui. Quæ ſi tibi, uel iuuenibus tuis, qui per te publice erudiuntur, placere intellexero, operam me non luſiſſe iudicabo. Hoc unum non dubito, quin aſſecuturus ſim, ut ſi non omnia probare uelitis, multa ſaltem rideatis. Adiungen-

tur & illa in appendicem, maximam hac nostra ætate omnibus Anglicis occasionem esse datam, ut optimis studijs omnem animum applicent. Quippe quum habeamus Regem nobilissimum, ut potentia, ita etiam doctrina omnes alios Christianos principes longe superantem, & erga omnes doctos adeo affectum, ut de nulla re libentius audiat, quam de doctis & literis. Cuius doctrinæ experientiam ego non ex hoc solo habeo, quod audiui eum prompte & expedite lingua loqui Latina, sed etiam quod olim adhuc pene puer, ausus est ERASMVM nostrum, epistola sua ipsius manu scripta, prouocare, quæ nihil non latinissimum sapiebat, nam hanc mihi ERASMVS Ferrariæ legendam olim exhibuit. Solebat enim eam, quocunque ibat, in arcula quadam ceu thesaurum reconditam, secum circunferre. Est præterea nobis amplissimus pater Thomas Cardinalis Eboracensis, primas Angliæ, & magnus totius regni Cancellarius, qui ut inter sapientes est sapientissimus, ita inter doctos doctissimus habetur. adeo ut isti nobilissimo Regi, regnoq; suo, longe plus felicitatis accreuerit, quam uotis expetiuit Plato, quum optauit, ut aut omnes princi-

pes

pes philosopharentur, aut Philosophi regerent. Nobis enim utrunq; euenit. Nam hic amplissimus Cardinalis, philosophiæ peculiariter est doctissimus. Quãta autem, ut magnus princeps prudentia, habenas istius regni moderatur, sapiẽtissimo rege (cuius uicem in omnibus sine ulla exceptione rebus gerit) id ita uolente, non est opus cõmemorem. Nam non nobis solum hoc est clarum & perspicuũ, uerumetiam uniuerso orbi Christiano notissimũ. O quàm rara est hæc felicitas, quæ haud scio an unquàm alicui acciderit, nisi nostro Regi, ut unum haberet uirum, cui omnia tuto posset cõmittere, & non minus de sua, quàm aliena certus esse fide. Sane nunquàm fuit Rex Pyrrhus suo Cynea felicior, quàm inuictissimus Angliæ Rex, amplissimo patre Cardinale Eboracensi, Achate suo fidelissimo. Huius sapientiam & doctrinam ornat hæc quoq; naturæ pulcherrima dos, nempe amor erga omnes doctos, quibus tam mirifice fauet, ut nullius rei maiorẽ curam habere uideatur, quàm ut illos promoueat in altum, & de eis optime mereatur (tanti æstimans doctrinam, ut nihil ei anteferẽdam iudicet) e quorum numero, quoniam me non doctum, sed doctrinæ studiosum, non reiecit, fuit mihi quasi alter deus. Nam ut deus me uita semel donauit, ita is bis uel ter uitam mihi defendit. ut omittam Regiæ maiestatis amplissimã benignitatem, qua huius solius opera & rogatu in me usa est.

usa est. Non potest igitur amplissima eius paternitas rectius, aut conuenientius de me loqui, quam quum instrumentum a se fabrefactum, me nominat. Potest enim me etiã plusquam instrumentũ, in quẽlibet usum uertere. Et in quacũque re, mea utet opera, non minor mea erga eum apparebit seruitus, quam eius est erga maiestatẽ Regiam incõparabilis fides. nõ possum enim expressius meam erga amplissimam paternitatem eius, fidelitatem eloqui.

RICHARDI PACEI, SVPREMI BRITANNIARVM REGIS A SECRETIS, LIBRI DE FRVCTV, QVI EX DOCTRINA PERCIPITVR, FINIS.

BASILEAE APVD IO. FROBENIVM,
MENSE VIIIBRI.
AN. M. D. XVII.

